3

AENIGMATVM LIBELLVS, RERVM

cognitione uaria, ſimul ac feſtiuo ſale refertus, ex optimis authoribus, cum ſacris, tum Ethnicis, non uulgari ſtudio collectus, ornatoq; carmine redditus, per IOHANNEM Lorichium Hadamarium, Marpurgi bonis literis incumbentem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

DI COEPTA SECVNDENT.

CVM GRATIA ET PRIuilegio Cæſareo; Chriſtianus Egenolphus excudebat.

25. 5. A. 11

35.3.A.11

GENERIS SIMVL AC INGENII NO*bilitate conſpicuo adoleſcenti Caſparo à Rux leben: Iohannes Lorichius* εὐπράττειν.

PTOLOMAEVS ille Lagi filius, cum duas aliquando res nōuas in Aegyptum adduxiſſet, nempe Camelum Bactrianam totam nigram, & hominem bicolorē, cuius altera pars planè nigra, altera autem excellenter cādida erat, per totum corpus diſcrimine pari diſtincta, conuocatis in theatrum Aegyptijs, inter alia complura haſce merces aduectas exhibuit, ſperans ſe magnam à ſpectatoribus, admiratione ſumma captis, initurū gratiam. Sed ad Cameli productæ conſpectum ni-

mio metu exanimabantur, ad hominis autem intuitum alíj riſu (qđ aiunt) Syncruſio cōcutiebantur, alíj tanquā turpe monſtrum auerſabantur, ut de utroq; cōcepta ſpes domino perierit. Intelligens igitur, non adeo magnam ſe adeptum laudem quòd noua íſta oſtenderit, multo magis Ægyptíjs ſuís arridere ſenſit, qcquid elegans ac bene concinnatū eſſet, ſummouit è medio ſua munera & eadem ipſe cōtemptui habuit, adeo ut camelus ab oībus neglecta, moreretur. Iam non parū metuo, ne ſimili modo cōtingat mihi, qui ſcripti genus inſuetū produxi, ſic ut non deſinam uereri, ne mea carmina, qualecunq; nouitatis non admodum glorioſæ ſpectaculum ędere uiſa, tanquam camelus, aut homo bicolor in Aegypto ſint futura. Præſertim cū tales ſint huius ſæculi mores ut uel optima quæq; Momis hodiernis nō ſatisfaciāt. Quod ſi Homerus ipſe à quo (ut cū poeta loquar) ceu fonte

te penni uatũ Pierijs ora rigant aquis
linguã Zoili, & detrectatorũ uirulē
tiã effugere nõ potuit: Nec Virgili
qui diuina eius monimēta roderet, c
fuere. Quid homuncioni mihi ſperã
dum ſit, θεῶν ἐν γούνασι κεῖται. Sed oĩa
æquiore animo feram, cum id ipſum
(in quo meus hic uerſatur labor) uir-
tutis ſtudium, & rectè facta ſequi ſo
leat inuidia, & proles eius ſugillatio,
non aliter atq; fumus ignem. Quis
unquam è doctiſſimorum grege uiro
rum quicquam cedro dignũ olim pro
tulit, aut iam recens in lucem ædit, ꝙ
male feriata uitiligatorum turba den
te Theonino non corrodat, ut iuxta
Horatij ſententiam, non male uixe-
rit, qui natus moriensq; fefellerit, ſe
cutus ſum illud λάθε βιώσας. Sed im-
pendentia mihi pericula conſyderans
ego, ſum uelut ad ignem Aphya, pla-
nè mortuus, ut qui me fuerit inſecta-
tus, mortuũ iugulare, aut cũ laruis pu
gnare uideať. Nec glorioſum alicui fu

rit, cum Tyrone oībus uiribus deſti
ito, manus conſerere uelle, aut iner=
tē, & imbellē à lymphatis Thiadibus
e diſcerptū iri uicē meā (ut mihi per
ſuadeo) dolebunt q cauſam audient,
q̄ propter hunc qualēcunq; laborē ſu=
ſceperim. Deinde qua ratione cōpul=
ſus ędiderim. Principio, cū Aenigma
tū argumenta eiuſmodi eſſe uiderē, q̄
uires īgeniorū exacuerēt, & à literarū
ac pietatis ſtudio nō eſſent aliena, tñ à
nemine peculiarit culta iacerēt negle=
cta, malui in his ſpecie tenus contem=
ptis ingeniū exercere, q̄ in ſublimiori
bus torquere, idq; eò libētius, cum ſa=
cras literas ab huiuſmodi Tropis, Al=
legorijs, & Aenigmatū gn̄ibus nō ab=
horrere contēplarer, ut interim taceā
authores Claſſicos, q uoluptatis honē
ſtiſſimę loco largiter illis utuntur, nō
ſolū q̄, ut dixi, acumen ingeniorū exa
cuant, ſed etiā animi uires ſtudijs debi
litatas oblectent, atq; reficiant, nec hā
bent uulgarē gratiā, ſed peculiarē fe=
ſtiui=

ſtiuitatem ſuis locis non in lēte (quod aiunt) unguentum adhibita, unde grauiſſimos uiros, tū ueteres, tū neotericos genus hoc doctrinę minus aſpernatos uidemus, ſed non ſemel eiuſmodi tortuoſum aliqd, ac pplexum, qđ Spinga reqſiuerit, effingere ſolitos, aūt ab alijs excogitatū in lucē pferre. Cęterū qđ ego facere ſum aggreſſus, id à nemine factū cōperi. Etenim oīa quæ diſperſa paſſim atq; latè diffuſa fuerunt in unum uelut aceruum qua potui diligentia collegi, & uerſibus qualibuſcunq; reddidi. Proſtat Aenigmatum libellus germanicus, quem cum à pueris qui iucundis iſtis doctrinarum illecebris, longe magis, quàm ſeueris & imperioſis philoſophorum pręceptis capiuntur, ubiq; teri, atq; rapi uiderem, & inibi eſſe quæ non ſolum inutilia, ſed etiam noxia puerilibus ingenijs eſſent, ego magis idonea ſeligere, & quali uides carmine reddere ſtatui, ſolam in iuuētutis grām.

 Acce-

Accedit, quod maluerim in re leuio-
ris momẽti periculũ uiriũ facere quã
in magis ardua uiribus impare ſuda-
re, longe tutius arbitratus humi repe
re, q̃ altiora temere nimis affectare.
Benè dixit Naſo: Ex alto caſus durior
eſſe ſolet. Itẽ, Qui cadit in plano, q̃uis
uix euenit ipſum, Sic cadit ut tacta ſur
gere poſſit humo. Qui in minimis, p-
bè ſuo fungũtur munere, & τὸ πρέπον
obſeruant, laudẽ merentur, non mi-
nus q̃ qui tractant ſublimia. Quare in
hanc ſpẽ uenio, qcquid id eſt laboris,
candido & æquo rerũ æſtimatori ne-
quaquã diſplicere poſſe. Quanquam
per Muſas, non erat hoc meum conſi
lium, ut illa fortaſſe deliramenta ex
priuato chartophylacio ad ullius con
ſpectum prodirẽt, aut ſi omnino euo
landum eſſet (quemadmodum Luci-
lius ille dicebat, Conſentinis et Taren
tinis ſuis ſe ſcribere) ita contentus fu-
iſſem, & ego me lepidiſſimis conger
ronibus hæc ſcripſiſſe, quorũ iudiciũ

nõ æque fuiſſet mihi reformidandũ. Non enim tam ſum meæ infantiæ neſcius, ut me aliquid doctorũ uirorũ expectatione dignum præſtiturum auſim polliceri. Exiſtimaueram ergo quicquid hoc eſſet fœtus noſtri nõ ultra aliquot dies uicturum, ſed abolitum iri, quemadmodum animalcula iſta, quæ apud Hipanim Schytiæ fluuium naſci traduntur, quæ ad poſtridianum diem, (ut inde ἡμερόβια quaſi Diaria uocentur) non perueniunt. Sic parum abfuit, quin has abortiuas adoleſcẽtiæ meę nugas, ut cum Politiano loquar, Veneris marito deuouerim: Sed hæc tumultuarie congeſta cum in quorundam manus perueniſſent, urgere pertinacius incipiebãt ut æderem libellum hunc ſuo (quo dignus uidebatur) ergaſtulo redemptũ manu mitterem, & liberam exeundi facultatem concederem, Quid facerem? præſertim cum tales eſſent, quibus nihil cum ſumma ignominia ne-

 ga-

gare, aut poſſim, aut debeam. Horum itaq; impulſu huc protractus, cenſuram boni cuiuſq;, æquo animo, ſubire non exhorrui. Moroſorum autem Zoilorum rumorem ne pili quidem facturus. Sed ne plus æquo prolixior ſim, nec caput ipſo corpore maius excreſcat finem faciam, ubi uerſiculis meis aliquem, iuxta receptam omniũ conſuetudinem, patronũ parauero, in cuius tutelam quaſi portum, uarijs aduerſitatum procellis iactati, ſe tuto referre poſſint. Oculos igitur circũferenti tu iucundiſſime Caſpare, cum primis occurriſti, quem idoneũ & dignum exiſtimem cui ſtudiorum meorum primitias dedicarẽ, non ut hinc tibi ornamenti aliquid accederet, ſed ut tu noſtræ lucus rationi lumen aliquod & dignitatem adferres. Præterea hunc libellum in numerum tuorũ Clientium receptum defendere, & tueri, deniq; ab omni iniuria uindicare, nõ grauareris, id mihi & humanitas

tua,

tua, in ætate tua præcellens & amicicia quę multis annis imò à teneris unguiculis nobiſcum adoleuit polliceri uidetur. Cur autē hoc tibi potiſſime nūcupetur, cauſas et ualidas & penè innumeras habeo. Quarū uel præcipua eſt, ut fœdiſſimam ingratitudinis notam effugere poſſem, cū tot & matris tuæ matronæ nobiliſſimæ, & tua in me beneficia conſtent. Taceo alias rationes Adamāte quouis firmiores quibus motus ſum te huic libello uelu ti tutorem præficere. Tu ergo in hos uerſiculos patroni animum ſuſcipe, ac noſtrū officium, gratiꝗ animi ſpecimē æqui boniꝗ cōſule, nō ſolum hoc pluſꝗ leuidenſe munuſculum, ſed potius integerrimum donātis animum ob oculos poſiturus. Atqui ſi nihil hinc tibi decoris aut laudis prouenerit certe uoluntatem in te meam ſemꝑ officioſiſſimā, nō defuiſſe cōſiderabis εὐτύχει Datæ Martisburgi ex Muſęo noſtro Año M D XL Kalen. Septēb.

EIVSDEM EPIgramma ad beneuolum Lectorem.

HÆc tibi lectori modo nō ſubiecta ſit æquo,
Sed cadat arbitrio pagina ſitq; tuo.
At quibus Illyrica mens eſt pice nigrior omnes.
Quiq; Theonino rodere dente ſolent.
Vltra Sauromatas gelidum rapiantur ad axem.
Cum rigidis peragant tempora cuncta Getbis.
Alterius quiſquis lacerat ſine fine laborem.
Inq; alios mordax ſcommata fœda iacit.
Non eſt ingenui, nec uerè munus honeſti.
Conſcriptos alijs dilacerare libros.
Si quod habent uicij quæ coram carmina cernis.
Errorcmq; ſub his uerſibus eſſe notas.
Da ueniam noſtro, per Muſas oro, labori.
In ſimili cuperes quam ratione dari.
Commodiora leges olim uenientibus annis.
Accipe iam ſtudij germina prima mei.
Nil ſubito eſt magnum nulliq; innata magiſtro
Ars uenit, eximium nil facit una dies.
Aſpice, diffuſa quæ te nunc protegit umbra,
Propter aquas Platanus ſurculus illa fuit.
Torua petax profert qui Taurus cornua, paruum
Hunc mulſit uitulum blandula ſæpe manus.

Munera non primo Cereris naſcuntur in anno,
Cuncta uides lenis perficienda moris.
Non bene quid faciet, male qui non fecerit unquã
Tentando quiſquis diſcere cuncta poteſt.
Hoc opus exiguum, potius puerile, ſequemur.
Quæ forſan doctis ſint placitura magis,
Si modo fautrices dederint mihi tempora Parcæ
Annuerint uitæ ſtamina longa meæ.
Si modo maturum dextre mihi uenerit æuum
Creuerit ingenij paruula uena mei.
Interea hæc uultu non aſpernare ſuperbo
Pauperis ingenij uilia dona mei.
Pectora lectores qui candidiora nitore.
Cygneo geſtant, ſemper habere uelim.
Oſoris ſed ubi rabiem uitare nequibo
Et metuenda mihi Zoile lingua tua eſt.
In promptu noris Νηπενθὴς ſemper adeſſe
Quod minus ut curem noxia uerba dabit.

GERHARDVS LORICHIus Hadamarius pater ad candidum Lectorem.

INſolito lector titulo ſtudioſe caueto
Offendi præ ſe turpe ferente nihil.
Muſa mei gnati nullum ſale rodit amaro,
Carmine, ſed puro ſcripta iocoſa refert.

Inſuper

Inſuper & præſens liber hic plus continet artis,
Quàm titulus ſpondet plus pietatis item.
Eſſug et docti conſpectum nullius unquam
Luſibus incultis null us ora petens.
Quid? ſacri paßim ſpirant Ænigmata libri
Comprobat hos pariter Philoſophia Tropos.
Moucrit at ſi quem ſtudium non triſte poeſis,
Conueniens ætas talibus atq; iocis.
Non hic indicio delibrat ſingula recto.
Liuidior Maſtyx, cenſor ineptus erit.

REINHARDVS LORICHIVS HADAmarius ad Iohan. Hada. Lorich. ex fratre ſuo nepotem.

MVſa uoluptatem nobis tua primula fudit,
Atq; recens ſtudij, gaudia magna, labor.
Ætatis florem monſtrat te perdere nolle,
Exemplo fatui deteriore gregis.
Qui ſpreta paucis animis uirtute ſequuntur
Pocula, nequitias, ganea, probra, lupas.
Artibus ingenuis ſed malle dicare, uirentis
Chara iuuentutis tempora prima tuæ.
Damnoſis prauis nugis ſua florida perdant,
Perdita momento quæ breuiore gement.

At tu uirtutum ſtudijs incumbere multo.
Ac horas melius perge locare bonas.
Quod niſi conſilio prudenti feceris ipſum,
Nulla tui ratio ceu Megarenſis erit.

QVID AENIGMATA.

AENIGMA EST (VT Diomedes ait) *obſcura ſententia, per occultam ſimilitudinem rerum.* VEL: *Dictio obſcuritate Allegoriæ non intelligibilis, aliud enim palā oſtendit, aliud tegit per obſcuram diuerſitatem, ut mater me genuit, eadem mox gignitur ex me.* Item illud Heſiodi γεωργικῶν primo. πλέον ἥμισυ παντός, Quod Plato de legibus tertio exponit multis uerbis quæ omnia cōtendunt, ſatius eſſe ἀδικεῖσθαι quàm ἀδικεῖν, hoc eſt iniuriam pati, quàm inferre. Eſt plane uelata & obſcura ſententia. Cuius generis multæ ſunt apud Prophetas & in Apocalypſi. Item in oraculis Deorum ac Sybillarum. Quæ autho re Gellio quidam è noſtris ueteribus Scirpos appellauerunt, Sic (ut teſtatur Petrus Moſellanus) dictos per Antiphraſin, Quemadmodum enim dicitur bellum quod minime ſit bellum, ita ſcirpi nodo-

ſi & inuoluti & tortuoſi ſermones, cum proprie Scirpus herba ſit quædam iuncea, prorſus enodis, ut inde natum ſit prouerbium, nodum in ſcirpo quærere, hoc eſt ſcrupulos in re manifeſta inueſtigare.

DE VSV ÆNIgmatum.

AEnigmata ſemper in maximo uirorum doctiſſimorum uſu floruere. Non enim ita *frequenter ſcripſerũt, ut omnes omnia protinus intelligerent, ſed ut quædam etiam ueſtigare lectores, ac diſcere cogerentur.* Porrò *quemadmodum in* Epiſto*la pro re non ſolum probanda, ſed & ſummopere neceſſaria eſt perſpicuitas, facilitasq́; ſermonis, ita incidit nonnunquam, ut non aliud genus excuſatius admittat obſcuritatem, ueluti cum eruditus cum erudito literatis iocis uelitatur, quos à quouis intelligi noli, ut ait* Eraſmus. *Quippe eadem ferè de* Aeni*gmatibus dici poſſent, quæ inter amicos literatos ultro citroq́; miſsitari poterunt, ut alter alterius diligentiam, ac ingenium in argutijs inquirendis excitet.* Cum *humanitatis ſtudioſus nemo doleat ſibi obiectum aliquid eſſe, quod non intelligat, ſed gaudeat oblatum quod diſcat.*

Itaque *præter uoluptatem & delectationem quam non exiguam ſecum adferunt, animum etiam multarum*

rum rerum ſcientia excolunt. Sunt enim pleraq; uel à naturaliam rerum conditione, & intimis τῆς φύσεως penetralibus petita, uel à iucunda uerborum alluſione & Amphibologia deſumpta. Quare huiuſmodi tanquam προβλήματα è Dauo (ut ita loquar) Oedipum ſagacem & ingenioſum reddere poſſunt. Sed de his plura apud bonos Authores, nempe apud Eraſmum in Adagijs, Δήλιος κολυμβητής. Item numeris Platonicis obſcurius. Et Βοιωτικα Αἰνύγματα.

EX SACRIS

LITERIS DEPROMPTA ÆNIgmata partim genuina, partim ipſorum uices obtinentia, Carmine reddita, per Iohannem Lorich: Hada.

EX IOB CAP. XI.

Dic mihi quæ res ſit cœlo ſublimior ipſo,
Celſior æthereis ſitq; putata locis.
Contingatq; lacus Stygios, manesq; profundos,
Occultum ſit quo permeet illa nihil.
Longior immenſo terrarum promicet orbe;
Latior æquoreis conſpiciatur aquis.

RESPONSIO

Eſt æterna Dei maieſtas omnipotentis
Quæ nullum finem nec capit una modum.

ALIVD ECCLE. XXV.

Quot furiæ in ſtygio fama referuntur Auerno
Tartareiſq; olim delituiſſe locis.
Tot uicia eſſe referri ſapiens, quæ quilibet odit
Deteſtata homini, nec tolerata DEO.
Tu qui ſcripturæ calles oracula Sacræ,
Hæc mihi quæ dicto ſint breuiore refer.

RESPONSIO

Si quis ut emergit caula, uel paupere tecto
Elatum ſubito tollat in aſtra caput.
Omnibus inuiſa eſt pannoſa ſuperbia talis,
Diuitis ac faſtus, qui modo pauper erat.
Atq; caui cuius ſpirant mendacia folles,
Plenaq; fucatis diuitiis ora dolis.
Hinc capularis homo Cypriæ qui caſtra ſecutus,
Non licitus iuueni eſt, turpe ſenilis amor.

ALIVD ECCLE. XXVI.

A tribus ipſa timent ſapientis pectora, uultus
In quarto metuunt, quæ precor eſſe putes?

RESPONSIO

Effera concordes uexans delatio ciues
Seditio plebi perniciosa bonæ.

Et ſuper effuſo fallaces ſanguine teſtes,
Hæc nunquam potuit cor tolerare probum.
Intolerabilior tamen his eſt omnibus ingens
Coniugis in proprium Zelotypia uirum.

ALIVD ECCLE. eodem capite.

Da mihi quid cunctis importat tœdia multa
Indignumq; uiris dicitur eſſe bonis.

RESPONSIO

Emeritus iuſto miles priuatus honore
Si pauper uiuat, qui tulit arma diu.
Optima prudentum fœde contemnere dicta
Poſtremo ueram deſeruiſſe fidem

ALIVD ECCLE. XII.

Qui ſapit alterius dolet infortunia, fluxæ
Nam memor humanæ conditionis erit.
Sunt merito quos tu poßis ſuſpendere naſo
Reſponſo qui ſint tu mihi redde breui.

RESPONSIO

Qui ſæuos Magico ſerpentes carmine tractant
Si doleant læſi tu miſerere nihil.
Quiq; manus adhibet ſæuis animalibus audax
Crudeles quod ſi ſenſerit ille feras.
Qui mala prauorum nunquam commercia uitat,
Seq; cupit reprobis agglomerare uiris.
Iuerit is peſſum, ſocijs adiunctus iniquis
Tu caſu nullus commouearis eo.

ALIVD ECCLE. XXV.

Quæ tria, dic, ſemper laudet diuina poteſtas
Quæ ſoleant homines concelebrare ſimul.

RESPONSIO.

Cum uiget unanimes inter concordia fratres
Vicinoq; fauet proximus ipſe ſuo.
Si bene cum chara concors uxore maritus,
Viuat, ſintq; pij iurgia nulla Thori.

ALIVD PROVER. XXX.

Quot ſunt quæ nulla poterunt ratione repleri
Dicere nec, ſatis eſt, dira uorago poteſt.

SOLVTIO.

Cœtibus implentur nullis Acherontia regna.
Fœmineusq; putat nil ſatis eſſe furor.
Impetus horriſonæ non eſt ſatiabilis undæ
Mulciberis quartum flamma uoracis erit.

ALIVD EX EODEM.

Dic mihi quæ totas implent terroribus urbes.
Et quartum tellus ferre quod ipſa nequit.

RESPONSIO.

Primus erit ſeruus qui iam ſuperando cataſtam
Seruili cœpit regia ſceptra manu.

Hinc

Hinc ſtultus uentrem cuius fortuna repleuit
Pinguior, & coniunx quæ furioſa nimis.
At graue, ſi dominæ ſucceſſerit ipſa miniſtra
In ius legitimi ſerua recepta Thori.

ALIVD EX EODEM

Dic mihi quæ quoniam cognoui quatuor eſſe
Inceſſu figunt proſperiore pedes?

RESPONSIO

Est leo magnanimus qui ſummo robore cunctas
Beſtiolas ſuperat, nil timet ergo ſibi.
Inq́; ſua criſtam qui uertice ſuſtinet ales
Incedit́q; olidus qui caper ante gregem.
Præterea ingrediens rex maieſtate decora
Cui ſceptrum fulget, purpura clara micat.

ALIVD EX EODEM.

Virtutes binæ ſunt bis ex ordine toto
E claro ſibi quæ cardine nomen habent,
Tu profer totidem retulit Dauide creatus
Crimina, quæ cunctis deteriora malis.

RESPONSIO.

Cum ſenio proles feſſos ingrata parentes
Dedecorat, miſeros nec male fida fouet.

Qui falſo ſimulant pietatem pectore uanam
Et gens quæ nimium corda ſuperba gerit.
Hinc inopis ſequitur ſuppreſſio dura popelli
Hæc ſunt præ cunctis exitioſa malis.

ALIVD EX EODEM

Quatuor integro partes numerantur in anno
Æſtas, Autumnus, Ver, glacialis hyems.
Tot numero profer, nimium quæ uilia cenſes
Abiecta & precij nullius eſſe putas.
Non tamen his hominũ ſapientia maxima præſtat
Quamuis ſe magno pro Salomone gerant.

Reſponſio

Stellio, formicæ, ſunt Gryllus, Araneus atq;
Quæ cunctos ſuperant calliditate uiros.

ALIVD EX EODEM

Cœruleus Zonas in quinq; ſecatur Olympus
Quinq; tenet digitos, pes, totidemq; manus.
Tot ſunt humanum quæ poſſunt fallere uiſum
Quæq; acies oculi noſtra uidere nequit.
Hæc mihi ueridicis tu prode latentia uerbis
Crederis dubio Lynceus eſſe procul.

Reſponſio

Quà uolet haud quiſquam uidit Iouis Armiger unq̃
Et qua per rupes lubricus anguis eat.

Nulla

Nulla patet curuis tibi ſemita facta carinis
Et nullas linquit nauis adunca notas.
Quiuerit ac iuuenis temeraria quē rapit ætas
Nunc huc nunc illuc cernere nemo uias.
Fœmina Meandris uarijs deludit amantes
Occulit omnigenis flexibus illa dolos.
Ambages citius labyrinthi ſoluere poſſes
Perſpicere aſtutæ quàm meretricis iter.

ALIVD PROVER. VI.

Zodiaci quot ſunt errantia ſydera flexi
Hebdomas & certos quot tenet una dies.
Tot ſunt quæ Deus ipſe odit cane peius & angue
Et deteſtatur corde nefanda ſuo.
Hæc breuibus quæſo numeris conſtricta recenſe
Officijs reddam præmia digna tuis.

Reſponſio

Elatos oculos, falſæ periuria linguæ
Quæq́; eſt inſontis cæde cruenta manus.
Cor quod molitur fraudes atq; impia tentat,
Et qui feſtinant in mala cuncta pedes,
Qui conteſtantur ſcelerato pectore falſum,
Qui fratres inter iurgia dira ſerit.

RES EXCELLENTES
ECCLE. XL.

SI potes è ſacris referr excellentia ſcriptis
Quæ recitat ſapiens ordine certa ſuo.

PRIMVM.

EXhilarãt animos modice quæ uina bibuntur.
Nubila de triſti pectore cuncta fugant.
Delectat mentem concentus Muſicus omnem
Corda facit curis exonerata ſuis.
Hæc ſuper eſt Sophiæ dos præſtantiſſima uerbum
Si quis amat Domini, cœlica dona petens.

SECVNDVM.

Dulce ſonãt Cytharæ, quib. olĩ ingẽtia Vates
Thracius inflexit ſaxa truceſq; feras.
Tibia demulcet ſuaui Berecynthia cantu,
Et querulis reficit pectora mœſta modis
Plus mellita tamen cunctiſq; acceptior iſtis
Dulciloqui & comis lingua diſerta uiri.

TERTIVM

EXpetitur nimium formoſi gratia uultus
Cunctorũq; oculos forma uenuſta iuuat.
Sed magis arrident donis cerealibus arua
Conſita, cum uiridi ſemine terra uiret.

QVARTVM.

Incidit in charum ſi forſan amicus amicum
Et bene conueniens congreget hora duos.

Gratum eſt ambobus Lux hæc feſtiua uidetur,
Sed tamen his aliquid gratius eſſe ſcio. 181
Dilectæ iuuenis ſi congrediatur amicæ,
Inq; unum ueniant fœmina uirq; locum.

QVINTVM.

CVm tibi dura truci uultu fortuna minatur,
Cumq; diu multis excruciere malis.
Succurrunt faciles hoc ipſo tempore fratres,
Germana idcirco mox ope liber eris.
Pauperibus læto ſentis ſtips præbita uultu
Vtilior, melius præſidiumq; dabit.

SEXTVM.

REs licet exiguas congeſtum muniat aurum,
Fulciat argenti ſplendida maſſa domos.
Conſilium magis his prudens conſeruat & auget,
Hoc bene ſecuros teq; tuosq; dabit.

SEPTIMVM.

GAudet & erecto multum ſibi pectore fidit,
Qui ſibi permultas accumulauit opes.
Cui ſunt egregiæ robuſto in corpore uires
Seſe exaltato ceu leo corde gerit.
Tutius eſt multo Dominum timuiſſe potentem,
Namq; dei præſtat pectora firma timor.

NOVEM INSVSPICABILIA
Linguas æmulorum non curantia:
Eccle.XXV.

Tvrba quot effinxit uatum diuina ſorores
Parnaßi montis quæ iuga celſa colunt.
Tot ſcriptura etiam numero ſacrata recenſet
Inuidiæ metuunt quæ mala cuncta nihil.
Quæ neq; ſuſpicio neq; detrectatio turpis
Nec lædit ſtimulis æmula lingua ſuis.
At decimum nulla ſeſe formidine iactat
Ora hominum curans pernitioſa nihil.
Hæc memora, ſtudijs ſi delectare ſacratis
Et mentem iuuat his excoluiſſe bonis.

RESPONSIO AD PRIMVM.

Grata Deo pietas, animus ſtudioſus honeſti
Et factis ſemper mens generoſa bonis.

SECVNDVM.

Horribiles zelus uincit qui fortiter hoſtes
Cui caro cum mundo ſupprimiturq; Sathan.
Dura triumphatos cum ſub iuga preſſerit illos,
Gaudia uictorem non peritura manent.

TERTIVM.

Hinc ſubit effrenis correctio ſedula carnis
Conciliansodium corporis atq; animæ.

Qui laxas nimium carni permittit habenas, 182
Infœlix certis interit ille malis.

QVARTVM.

Hinc bene perdoctæ ueneranda modeſtia linguæ
Vt poßis certa cum ratione loqui.

QVINTVM.

Ex illis quinta eſt animi excellentia magni
Imperium indignum quæ tolerare nequit.
Quæ cogi non uult niſi quod concedit honeſtas
In iuſti nunquam iuſſa maligna facit.

SEXTVM.

Dulcis amicitiæ cultus uirtute paratus
Non is quem lucri ſpes inhoneſta parit.
Qui factis alios ſibi deuinxere benignis
Securos uiuunt & ſine lite dies.

SEPTIMVM.

Ingenij ſuperum conceſſæ munere dotes
Vt recte multos erudijſſe queas.
Vt tibi pro meritis uernans ſit grata iuuentus
Hoc quis non magni muneris inſtar habet.
Multa uiris illis habita eſt reuerentia ſemper
Qui ſtudijs mentes excoluere rudes.

Perdi-

Perdidit ingrata iuſtum Nero mente magiſtrum.
Nec mirum, matrem ſuſtulit ille ſuam.

OCTAVVM

TVm quæ res amplas ſapientia uoluit & acres
Æthereis figens lumina clara locis.

NONVM.

HInc faciendarum laudata ſcientia rerum,
Quæ factis ipſis cognita multa probat.

DECIMVM.

EFfertur decimum; magno ſe pectore tollens
Hoſtiles, inquit, non ego curo manus.
Eſt timor ille dei, qui nunquam more tyranni,
Sed metui ut dominus uult pius atq; pater.
Cuius terrigenis eſt omnibus ira tremenda,
Qui timet hunc, liber regia ſceptra gerit.

SAMSONIS ÆNIGMA

Iudicum 14.

QVod uorat, atq; dapes ingēti ingurgitat ore
Ex quo prodierit copia multa cibi.
Omnia quod longe præſtanti robore uincit,
Fluxerit è cuius dulcior ore fauus?
Hæc mihi qui recta problemata ſoluerit arte,
Huic ex regali Syndone ueſtis erit.

183

EXPLICATIO EX EAdem Hiſtoria.

Vicerat immanem multa uirtute leonem
Contuderat uaſtæ fortiter ora feræ.
Non tantum Nemea monſtrum, puto, ualle latebat
Exuuias cuius clauiger ille tulit.
Quantum magnanimo confecit robore Samſon:
Hinc memorant uires ſcripta ſacrata uiri.
Illic dum ualida diuellit guttura dextra,
Prædulces poſthoc repperit ore fauos.
Eq́; feræ accepit flauentia mella palato,
Commeruit magnus, præmia tanta labor.

Finiunt ſacra.

EX VARIIS LOCIS DEſumpta Ænigmata ſequuntur.

Ne tibi nunc credas obtrudi turpia dicta
Hæc quiſquis tenero plegis ore puer:
Non tu percipies equidem ſcurrilia, uerum
Feſtiuos ſalua cum pietate ſales.

ÆNIGMATVM DE DEO QVAEſtiones lepidæ.

QVAS Amythaonius fertur nouiſſe Melampus
Artes, ueridicos augurijq́; modos.
Quicquid Tyreſias, quicquid diuina Sybilla,
Quæ dedit in frondes carmina ſcripta leues.
Laocoon Phrygia, Eurypilus de gente Pelaſga
Theſtorides Calchas, Priamideſq́; Helenus.
Quod potuere omnes, noſtros modo diſſue nexus
Hoc tu diceris ſolus habere mihi.
Omnibus æthereæ ſedis dominator abundat
Attamen eſt aliquid quo Deus ipſe caret.
Omnia Pontifices retinent aut plurima ſummi
Aſt illis aliquid rarius eſſe puto.
Hæc eadem quamuis deſint papæq́; Deoq́;
Quilibet è populo ſemper habere poteſt.

RESPONSIO.

Non habet æqualem ſibi rex terræq́; poliq́;
Nec ſe maiorem uiuere papa putat.
Pluribus indigeat rebus cum ſæpe popellus
At nunquam Dominis, imperioq́; caret.

ALI-

184

Aliud.

Sub pedibus domini eſt moles terrena ſcabellum
Et thronus huic rutilans dicitur eſſe polus.
Dic age quot panni quiſquam cenſumeret ulnas
Qui domino ueſtem forte parare uelit.

Reſponſio.

Vnica ſi reputes, aut altera ſufficit ulna,
Fiat ut hinc inopi parua lacerna uiro.
Ex illis minimo ſi quid beneſeceris unquam
Reſpiciet clemens ut ſibi facta Deus.
Mercedemq́; ſuo condignam tempore reddet,
His igitur læto qui potes ore dato.

Aliud.

Quiſquis es hoc mihi dic rerum ſtudioſe ſacrarum
Quemq́; fero ſcrupum tu mihi ſolue precor.
Omnia conueniunt in Chriſto, aptéq́; cohærent
Concordant uitæ dogmata ſancta piæ.
Re tamen excepta quadam quæ diſſona ſic eſt
Vt diſtant fuſcus, Candiduluſq́; color.

Reſponſio.

Hoc eſt quod paßim uocat hunc ſcriptura leonem
Indomita multum qui feritate ualet.
Ipſe locis alijs mitem ſe predicat agnum,
Vt uix res ſecum diſcrepet ulla magis.

Aliud

ALIVD.

Dic mihi quid reputas inter miracula tanta?
Maius, quod domini fecerit alma manus.

RESPONSIO.

Humanum corpus primo ex tellure creauit
Eſt opus, ut poſſit clarius eſſe nihil.
Verum quod eidem quoq; finxerit ille figuras.
Vt uideas faciem nullius eſſe parem.
Idcirco Μέροπας ἀνθρώπους nominat ille,
Mæonia fertur qui regione ſatus.
Omnibus hoc alij præſtantius arbitror eſſe,
Pectore nunc reputa latius iſta tuo.

ALIVD.

Omnibus ex geſtis Dñi quæ mira uocantur,
Quid quæſo eſt hoim gens imitata magis?

RESPONSIO.

Tentarunt liquidas in uinum uertere lymphas
Cauponum ſic eſt æmula turba Dei.
Cernimus hinc paſſim uinum Rhenenſe uocari,
Quod large eſt mixtum, gurgite Rhene tuo.
Non οἰνοπώλας dubia ſed uoce καπήλους
Dicamus, Bacchum qui uitiare ſolent.

ALI-

Aliud.

Poſtulat à ſeruo Dominus cœleſtia iura
Cum res in famuli non foret illa manu.
Præſtitit officium Domino poſcente miniſter
Idq; ſupra uires (dic mihi quid ſit) erat.

Expoſitio.

Diuus Ioannes à ſaluatore rogatus,
Vt ſibi Iordanis ſacra lauacra daret.

DE SANCTIS ÆNIgmata.

Dic quibus exitio Sancti ſunt atq; ruinæ
Quos homines peſſum dent grauitate ſua.

Reſponſio.

Contemptoribus ſuis ſancti ſunt ruina prouerbiorum.20. Ruina eſt homini deuotare ſanctos, & poſt uota retractare. Duplex hic ſenſus eſt. Primus, Vouere aliquid ad pium Dei cultum & non præſtare. Alius. Per uotum aliquid mali ſanctis ijs, qui ſunt ſuperſtites intentare. Exemplum uidemus Acto.23. Quadraginta nimirum uirorum deuouentium ſe neque manducaturos neq; bibituros, niſi prius D. Paulum occidiſſent. Item ſuperſtitioſe abuti ſanctis, eſt contra primum præceptum, & hæc eſt ruina.

ALIVD.

Quod rogo celitibus præceptum conuenit æque,
Ac ipſi Domino qui ſuper aſtra ſedet.

Hoc niſi ſcriptura reddam tibi teſte probatum,
Carminibus noſtris ſit tibi nulla fides.

EXPOSITIO

Nominatio diuini nominis & ſanctorum ocioſa & uana, Eccle. XXIII. *apertiſsimis hoc uerbis legitur.* Nominatio Dei *non ſit aſsidua in ore tuo et nominibus ſanctorum non admiſcearis quoniam nō eris immunis ab eis.* Intelligendum *eſt hoc de temerarijs iuramentis, cæterum* Sanctorum *nomina ſubinde illuſtrare (quatenus ex illuſtratione illa pura & ſimplici duplex dei gloria oritur) pium eſt: & ſic ex itioſum eſt temere per ſanctorum nomina iurare.*

DE PRAECATIO *nibus.*

DIc agedum quæ ſit metuēda precatio multū,
Deniq; quæ ſecum multa pericla trahat.
Nulla parens pacis, ſed tanquam bella minetur
Hac dicta ferrum ſtringere quiſq; ſolet.

RESPONSIO.

Quæ narratur ad inſtructas oratio menſas
Fine ſub extremo cum recitatur Amen.
Tum cultros omnis uagina diripit hoſpes
Inijcitur patinis deinde parata manus.

Aliud

Aliud.

Si quis Ieſſei perlegit carmina uatis
Dauidicæ euoluens dulcia plectra lyræ.
Ille mihi medium quod habet Ψαλτήριον *ingens,*
Dicat, & hunc doctum crediderim eſſe lubens.

Reſponſio.

Verſiculus quidam eſt ubi hæc uerba habentur, ex hoc in hoc ubi totum pſalterium in duas partes diuiditur.

ALIVD.

Dic ubi pſalmographum credas docuiſſe prophetam
Quas epulas liceat quolibet eſſe die.

Reſponſio.

In Pſalmo octauo Domine deus noſter, tu illis omnia ſubieciſti, oues & boues uniuerſos & pecora campi.

ALIVD

Qua pro re pauidi facientes uota coloni
Aßiduis diuos precibus, cœlumq; fatigant.

Reſponſio.

Vt uiuant alacres ad munia cuncta caballi
Scilicet interitum metuunt prudenter equorum,
Hi ſi non fuerint duro ferret ore lupatum,
Ruſticus, acciperet labris iniecta capiſtra,
Et ſua nobilibus præberet terga premenda.

DE AQVIS.

DIc mihi quæ cunctis eſt latior amnibus unda
Qua tamen eſſe poteſt nulla ꝓfunda minus.
Latius æquorea protenditur Amphitrite
Vix puto te nudos tingere poſſe pedes.

RESPONSI.

Sunt quæ mane nouo ſitientia gramina tingunt,
Cœleſtes lacrimes, aut mage roris aquæ.

ALIVD.

Temporibus citius nocturnis currere conſtat,
Quàm cum clara dies nitido ſe protulit ortu,
Tu mihi da quid ſit qui dogmata talia uoluis.

RESPONSIO.

Sunt fluuij ut perhibent ueterũ monimenta Sophorũ
Hoc & Ariſtotelis diuina uolumina narrant.

AΛΛO.

Hei mihi quid monſtri eſt, quanta hæc mutatio facta
Stat fixum paulo quod currere uidimus ante,
Diriguit ſubito, quo non eſt mollius ullum,
Debile quodq; prius ceſſit, nunc ecce reſiſtit,
Fortia ceu ualidi circundant oppida muri,
Inſuper in paruum numerum ſunt multa redacta.

SOLVTIO.

Frigore concretus fluuius, glacieq; rigenti
Conſtrictus conſtat, tua ſic ænigmata ſoluo.

ALI

ALIVD.

Sunt aliquot Lymphis quæ præſtant omnibus undæ
Sunt quinq; at quæ ſint diſſoluiſſe tuum eſt.

Solutio.

Inter eas primus ſacri eſt Baptiſmatis humor
Quæ pro peccatis lachryma fuſa cadit.
Fletus quem cœſi profundunt ſæpe puelli
Lymphaq; preſbyteri ſacrificata manu.
Quinta rotas ualide ſolet exagitare molares.
Diminui ut Cereris munera grata queant.

Aliud.

Dic quibus eſt undis, uis atq; potentia maior
Si modo Cumeæ pectora uatis habes.
De Sinueſſanis quid fama notius undis,
Quis tantum in fluuijs crederet eſſe boni.
Fœmina ſi ſterilis latices guſtauerit illos
Quæ cupit illa breui pignora mater habet.
Quem furor exagitat ſi uir potauerat inde
Protinus incolumi pectore ſanus erit.
Inſula in Aenaria ſentit medicamen aquarum
Corpora cui lædit calculus ægra nimis.
Albula uulneribusq; & plagis hauſta medetur
Authoris Plinii ſi bene certa fides.
Cuius & articulos diſtorquet dira Podogra
Auxilium Cydni flumina ferre putant.

Ambraciæ eſt tellus ubi latum extenditur æquor
Actæum populi Leucadiumq́; uocant.
Captus amore graui, ſcopulis qui deſilit iſtis,
Audet & in medias mittere corpus aquas.
Ille iugum Veneris ponet, dirumq́; furorem
Abijciet, demens excutietur amor.
Vtilis ò iuuenes, uix his mercabilis auro
Quorum perpetuus pectora tentat amor.
Omnibus his aliquam noui magis eſſe potentem,
Lympham quoq́; iuuet maius habere bonum.

RESPONSIO.

Quas fundit lachrymas reſipiſcens pectore ſano
Exanimo ſecum crimina cuncta dolens.
His metuenda Dei ſolum conuincitur ira
His etiam cœli ianua clauſa patet.
Vim ſuperis infert ipſis, cœlumq́; ſubintrat,
His ſe uult guttis cogier ipſe deus.

Aliud.

Quæ precor è terris rutilum conſcendit Olympum
Vnda uel illabens cœlica regna ſubit.

RESPONSIO

Deſertæ fletus uiduæ, cui iura negantur,
Ille Dei ſummum peruenit ante thronum.
Pauperis & lachrymæ quę iuſſa Tyrannica lædũt
Et quem trux dominus ſub iuga ſæua dedit.

188

ALIVD.

Eſt aqua quam libeat domino potare ſupremo,
Si noſti quæ ſit tu mihi redde cito.

Reſponſio.

Lachrymæ pœnitencium, uenit enim Chriſtus uocare peccatores ad pœnitentiam.

ALIVD.

Dic mihi quod flumen ſoleat tranſcendere montes
Hoc mihi ſi ſolues Oedipus alter eris..

RESPONSIO.

Flumina quæ lachrymis adflictus fundit obortis
Euadunt montes & iuga cuncta ſuper.
Caucaſeas ultra rupes, uoluuntur & Alpes
Quamuis impoſitum Pelion Oſſa ferat.

AD AMICVM ABSENTEM.

Diſtrahimur nimium ſpacijs dulciſsime longis
Perq; graues unà non licet eſſe uias.
Exiguo ut tandem poſsimus tempore iungi
Nil modo conſilij ſum reperire potis.
Hoc tibi præſtabo cum craſtina fulſerit Eos.
Extulerit clarum Lucifer atq; diem.
Amborum dextræ quo humore lauentur eodem,
Res ſiccet noſtras una eademq; manus.
Vtq; ſcias paruo tibi nunc Epigrammate ſcribam,
Tu fac quod fieri gaudet uterq; nimis.

E gelido palmas nos rore lauabimus ambo
Siccabit madidas uentus & aura manus.

Aliud.

Tetyos æquoreæ loca perme & omnia quamuis
Humectatur ab his nunquam fluuijsq; madeſcit.

Expoſitio.

Sit licet Heſperios Hyperione natus in amnes
Deſcendat, nunquã tamen his ſua corpora tingit.

Aliud.

Tranſit aquas nec eas medio deguſtat in æſtu
Reſponſio: Eſt nola quæ appendet uaccæ.

Aliud.

Dic quibus in fluuijs latitant duriſſima ſaxa
In lotio, hæc hominũ peſſundant corpora ſæpe.

Aliud.

Nil ſenſus natura dedit prudentior undis
Vna ſed eſt miris fallere docta dolis.
Illa facit ſtultos quibus eſt ſapientia ſumma
Hac eſſet Salomon decipiendus aqua.
Hæc eadem fallet te cum ratione furentem
Crede mihi, ſed iam da rogo nonen aquæ.

Reſponſio.

Inuitis oculis mulier quam callida guttam
Exprimit eſt multis inſidioſa Sophis.
Talibus imbelles ſolum pugnare puellas
Experius telis rite poeta canit.

Fortius his animos iuuenum conuincere poſſunt
Quàm ualidos muros machina dura quatit.

ALIVD. 183

Eſt aqua nonnullis quæ plurima commoda præbet
Huius ut à quæſtu cogantur ducere uitam.
Non hæc ſulcatur ratibus, nec piſce natatur
Præterea non eſt humanis uſibus apta.
Hæc aqua quæ nam ſit paucis ediſſere nobis.

RESPONSIO.

Eſt urina male affecti, qui languidus omnem
Poſcit opem toto cum ſæuit corpore morbus
Veſpaſiane tibi cenſus hæc reddidit olim
Nunc alitur tali medicorum turba lucello.

ALIVD.

Quæro quibus multum quidam terrentur ab undis
Deucalionis aquas ne fingito, mitior illa eſt.

RESPONSIO.

In laceris quis non crepidis humore recepto
Terretur laxas pelles cum percipit eſſe.

ALIVD

Exhaurire uelis ſi cunctas æquoris undas
Hac in re uaſis quot fore credis opus?

RESPONSIO

Quòd ſi ſufficeret uas tantis fluctibus unum
Crede mihi nunquam pluribus eſſet opus.

ALIVD

Diuenduntur aquæ precio maiore liquentes
Tu mihi cede locos tanti ubi emantur aquæ.

Reſponſio

Apud Caupones aqua cariſsime uenit, qui uinum fluuijs diluunt. Item apud Pharmacopolas.

ALIVD

Inter Saxorum genera omnia dic mihi Sodes
Qui lapides Rheni iactantur uortice plures.

RESPONSIO

Plurima ſunt uitreis humentia ſaxa ſub undis.

Ænigma alterius.

Mater me genuit, eadem mox gignitur ex me
Significat ex aqua glaciem concreſcere, & rurſus in aquam reſolui.

SEQVVNTVR

nunc Miſcellanea & uarie con geſta.

QVandoquidem in Ænigmatibus uix potuit cōcinnus aliquis ordo obſeruari, nec facile uidebatur omnibus certos præfigere titulos, uiſum eſt hæc quaſi Chaos aliquod congerere. Princi pio autem hic præ cæteris nobilitatum Ænigma Sphingis placuit proponere.

DE SPHINGE

Sphinx à Poetis monſtrum fuiſſe fertur, facie uirginea, pennis auium, pedibus leoninis. Quod olim Thebas ueniens hoc Ænigma occurrentibus ſolebat proponere. Quod nam animal primum quadrupes, bipes demum, poſtremo tripes. Quod qui non ſoluerent darentur morti. Hoc autem explicaſſe fertur Oedipus ac poſtea Sphingem è ſaxo præcipitaſſe. Reuera autem dicunt Sphingem eſſe animal Æthiopiæ monſtroſum è ſimiarum genere, fuſcopilo mammis in pectore geminis, ad hominis ſpeciem accedens, ſolo pilo, & feritate beſtiam aſſimulante.

Hoc Ænigma ſic reddidit Aſcenſius
in Terentium.

Quod pedibus binis animal meat abſque ruinis
Et ſumptis ternis, poſt claudicat atq; quaternis.

Ego ſic

Incedit pedibus bis binis tempore primo
  Tunc apte poteris dicere mane nouum.
Inde bipes factum firmis ſe greſſibus infert
  Tunc illi medium credimus eſſe diem.
Mox animal ſero ſub ueſpere claudicat illud
  Iamq; gradum terno uix pede ferre poteſt.

Æni=

AENIGMA HOMERO
propoſitum.

Herodotus ſcribit Homerum *aliquando cum alijs uectum eſſe, qui cum appuliſſent non ad urbem ſed ubi commodum uidebatur ad portum quendam nauem ſubduxerunt, illic pueri piſcatorū hoc ænigma propoſuerunt. Quicquid cœpimus, abiecimus, quod nō cœpimus nobiſcum aſportamus. Alij dicunt* Homerum *ſic interrogaſſe eos* ἄνδρες ἀπ' Ἀρκαδίης ἁλιήτορες ἦ ῥ' ἔχομέν τι. *Arcadij num quid cœpiſtis dicite amici. Reſponderunt illi.* ὅσσ' ἕλομεν λιπόμεσθ' ὅσσ' οὐχ ἕλομεν φερόμεσθα. *Quod captum eſt perijt ſed quæ non cœpimus adſunt.* Hoc *cum alij conijcere non poſſent pueri ipſi interpretati ſunt, piſcatum egreſſi operā luſimus, uerum cum pediculos uenari inſtituiſſemus, quicquid illorum cœpimus in mare abiecimus, qui uero reliqui fuere eos domum nobiſcum portamus: quo audito* Homerus *hoc diſticho puerorū ſolertiam laudauit.* Τοίων γὰρ πατέρων ἐξ αἵματος ἐκγεγάατε

οὔτε βαθυκλήρων, οὔτ' ἄσπετα μῆλα νεμόντων.
Qui uos ô pueri tales genuere parentes,
Certe non humiles penitus nec ſorte ſupremæ.
Sic Herodotus *recenſet. Alij aliter, ut* Valerius Ma-

ſimus libro nono.capite duodecimo.

Ego ſic uerti.

Sunt abiecta procul,quæ cœpimus omnia, uerū
Nobiſcum ſunt quæ non potuere capi.
Ingenio proprio ſi tu diſſolueris iſtud
Mæonio longe tu ſene maior eris.

DE HERMAPHRODITO

Ænigma.

Dum mea me genitrix grauida geſtaret in aluo
Quid pararet fertur conſuluiſſe Deos.
Mas eſt Phœbus ait,Mars fœmina,Iunoq́; neutrum
Cumq́; forem natus Hermaphroditus eram.
Quærenti letum,Dea ſic ait, occidet armis
Mars cruce,Phœbus aquis ſors rata quæq́; fuit
Arbor obrumbat aquis,aſcendo decidit enſis
Quem caſu tuleram,labor & ipſe ſuper.
Pes ramis hæſit,caput incidit amne,tuliq́;
Fœmina,uir,neutrum flumina tela crucem.

Hermaphroditum dicunt ex Venere & Mercu-rio natum quod Græci nominis Etimologia indicat Fabulam pete ex Ouidio lib.4.Metamorphoſeos. Fuit autem ἀνδρόγυνος utriuſq́; ſexus. Vide Diodorum Siculum lib.5 Bocatium lib.3.cap.21.

Plinius lib.7.cap.4,Sic habet.Gignuntur homines utriuſq́; ſexus quos Hermaphroditos nominamus

nus diu Androgynos uocatos & in ꝓdigijs habitos, nunc uero in delicijs. Gellius quoque mentionem facit lib. 9. cap. 4.

AENIGMA EX AVlo Gellio libro duodecimo capite ſexto.

Semel minus an bis minus ſit, non ſcit ſcio. An utrūque eorum ut quondam audiui ipſe Dicier, Ioui regi noluit concedere.

Expoſitio ex annotationibus Petri Moſellani in eum locum.

Terminum Deum ſignificare uidetur qui Ioui tum concedere noluit, cum capitolium exaugurabatur & auſpicijs deſignabatur,. Quam rem Ouidius Faſtorum lib. 2. ſic narrat.

Quid? noua cum fierent Capitolia, nempe Deorum
Cuncta Ioui ceſſit turba locumq; dedit.
Terminus ut ueteres memorant inuentus in æde
Reſtitit & magno cum Ioue templa tenet.

Dubitat ergo hic ſcirpi author ſemel minus an bis minus an ter minus fuerit qui Ioui ipſi noluit cōcedere. Hæc debes Angelo Politiano Miſcella. lib. 1. ca. 38. Porrò hiſtoriam de Templi exauguratione & alijs ad hanc rem pertinentibus tradit Tit. Liuius lib. 1 ab urbe condita.

EX DIOMEDE 152

libro ſecundo.

Mare concretum in Creta, in ligneo campo ubi caro humana oßibus mortuorum ludebat.

Expoſitio.

Significat ſalem in ſalino fictili quod ſuper menſam ſit, in quam manus talos iactabat.

ALIA A ME VERSA.

AD nos deſcendit quid de regione ſuperna
Plurima tunc illi quæ pateretur erant.
Hic uim Mulciberis ſenſit modo frigora dura
Sæpe graui mixtas pertulit imbre niues
Nataliq; diu haud potuit requieſcere terra
Abſtractum è gremio deniq; matris abit.
Diuulſumq; procul peregrinas fertur ad oras
Sæpe uehunt homines brutaq; ſæpe trahunt
Ærumnas tolerat tantas perfertq; labores
Horrida ligna ſuper, ſiue recumbit humi
Exiguo hinc precio ter deno uenditur aſſe.
Et captum corpus uincula dura ligant.
Verberibus crebris ualido pulſatur & ictu
Ex his inq; alios ducitur usq; locos.
Confoſſum latus eſt, & uaſto uulnere apertum
Et multis plagis cætera membra patent.

Diſſe-

Diſſecuit miſere totum uis ferrea corpus
  Et cute membra uides iam ſpoliata ſua.
Inde ſalutaris bona copia profluit undæ
  Et fons præ cunctis nobilitatus aquis
Abſtruſum eſt non hoc Oriens Sol lampade clara
  Non uidet occiduis dum iuga condit aquis.
Plurimus uſus ineſt ſi quis moderatius uti
  Nouerit hunc mira commoditate beat.
Si non augurium uani docuere parentes
  Et laurus Clarij ſunt Tripodesq; DEI.
Quæ tibi propono paucis expone lituris
  Et credam Phœbum ſemper adeſſe tibi.

Reſponſio.

Eſt dolium uel cadus uini, lingna ex altis monti bus petuntur, tum uietoris manu uarijs modis ſecatur, continet optimum liquorem uinum ſcilicet quo ſi bene utamur nihil ſalubrius eſt.

ALIVD.

Res eſt parua quidem, magna tamen arte parata
  Artificis docti eſt hæc data forma manu.
Conſpicitur ſemper poſito uelamine nuda,
  Res operit magnas, continet atq; tegit.
Nec pes nec manus eſt, tamen omnem pmeat orbem
  Et multum cunctis eſt ueneranda locis.
Iura fidemq; colit, uerum conſeruat & auget
  Inſidias prohibet, ſupprimit atq; dolos.

Expugnat falſum, didicit componere lites,
Pacificis ſedat bella cruenta modis.
Hæc inimicicias, iræq; incendia tollit,
Mortali generi commoda magna ferens.
Voce caret, tantum nutu res perficit omnes
Et tanta, intuitus, robora, ſolus habet.
Si quid habes artis Sophiæ ſectator Hetruſcæ
Quos mitto Gryphos tu mihi ſolue cito.

Reſponſio.

Sigillum litteris impreſſum, quo ſyngraphum noſtrum probatur. ALIVD.

Cum leuibus pugnant nūc pondus habentia magn
Hæc duo ſi iungas poterit facile unus & alter
Auxilio paruo compeſcere milia multa,
Vt quæcunq; uoles modulentur carmina uicti.

Reſponſio.

Inſtrumentum muſicum ſeu organum

ALIVD

Dic quibus in terris, quo mundi climate uixi,
Cum mihi quæ nūc eſt forma colorq; fuit.
Non illic ualles poteris nec cernere colles,
Non eſt arbor ibi, gramina nulla uirent.
Non illinc habitant qui poßint ducere uitam,
Nec degunt illis corpora uera locis.
Effigies hominum ſimulatas reddit & ora,
Quodq; alijs præbet, non dabit ipſa ſibi.

Reſponſio.

Speculum quod cum in ſe nihil habeat, omnium tamen rerum ſimilitudines exprimit ac reddit.

Aliud.

Dum mihi uita fuit fragilis, tenuisq; manebam,
 Et multæ corpus debilitatis erat.
At cum me rapuit matris de corpore fatum,
 Inualui & cœpi firmius eſſe ſimul.
Congrego diſperſum uariè, lateq; popellum,
 Conuentus celebres non ſemel ergo dedi.
Conſul, eques, tum plebs, mercator, nauita, caupo,
 Me cupiunt uti, qui nequit, ille dolet.
Purpureos inter commertia plurima reges.
 Sunt mihi quos ſocio diſſocioq; ſimul.
Nunc pro iuſticia multo conamine pugno,
 Infero uirtuti deinde bonisq; manus.
Protegitur noſtra rectum uirtute bonumq;,
 Supprimiturq; meis uiribus omne pium.
Illi læticiam genero & bona gaudia porto,
 Prouenit huic grauior me faciente dolor.
Nexibus expedias noſtris te & uincula laxes
 Si tibi nunc ſphinx eſt ingenioſa domi.

Solutio.

Penna anſerina, uel olorina, quæ cum adhuc eſt in uiuo corpore mollicula eſt, indureſcit extracta, quibus calami loco utimur ad bona & mala.

Aliud.

Tres ego ciclopum uidi de gente uetuſta,
Maieſtas inerat penè tremenda uiris.
Non ego ceu quondam ueteres luſere poetæ,
Scripta meis chartis prodigioſa dabo.
Crede mihi multo, terrena mole fuerunt
Maiores, ſubito nam loca cuncta replent.
Exantlare graues uidi & ſine fine labores,
Diſsimile his uotum, par labor atq; fuit.
Quàm cuperem fuſcis noctem complectier alis.
Quod ſub utroq; polo eſt cernere, primus ait.
Proximus ô utinam nox cederet humida cœlo,
Et ueheret nitidum Boſphorus ipſe diem.
Tertius, Ah inquit nulla intermiſsio nobis,
Non ceſſare licet, nec datur ulla quies.
Sit licet irradient Titania lumina mundum,
Aut fuſcos Phœbe candida ducat equos.

Solutio.

Sol diurno tempore laborat, Luna nocturno, uentus utroq; tempore ſpirat

Aliud.

Inflexos unus per calles quatuor ibat
Condita peruadens, multiplicesq; ſinus.
Illic bis ſeni fuerant, circumq; ſodales,
Bis bini obſeſſas qui tenuere uias.

pelluntur cuncti, ſupereſt uix unus & alter.
Hæc etiam eſt ſocios turba coacta ſequi.
Intereunt omnes, ſed nec uictoria paruo.
Conſtitit atq; hæc nunc annua pugna manet.

Declaratio.

Pollex eſt qui per quatuor digitos Ciſianum numerat, qui 12. menſes continet, quilibet menſis 4. ſeptimanas & præterea dies aliquot qui omnes occidunt.

Huc refertur ænigma Cleobuli apud
Diogenem Laertium lib. 1.

Εἷς ὁ πατὴρ παῖδες δὲ δυώδεκα τῶν δ' ἑκάστῳ
Παῖδες τριήκοντα, διάνδιχα εἶδος ἔχουσαι
Αἱ μὲν λευκαὶ ἔασιν, αἱ δ' αὖτε μέλαιναι
Ἀθάνατοι δέ τε οὖσαι ἀποφθινύθουσιν ἅπασαι

Hoc eſt.

Eſt genitor, proles cui ſit biſſena, ſed horum
Cuiuis triginta natæ ſed diſpare forma
Hæ niueis totæ, fuſcis ſed uultibus illæ,
Atq; immortales cum ſint moriuntur ad unum

Reſponſio.

Annus eſt, in quo menſes atq; dies æſtatis & hyemis certis uicibus ſunt diſtincti.

ALIVD.

Vulnera multa gerit, diſciſum eſt corpore toto.
Conſtrictum laqueis uincula dura tenent.

Vt reſipiſcamus nos tempore commonet omni
Munia & ad uitæ dexteriora uocat.
Cum careat palmis apprhendit proxima quæq;
Quodq; opus eſt tactu callidiore capit.
Cumq; pedes habeat nullos, quacunq; moueetur,
Hinc illinc, ultro promeat atq; citro.
Erudit atq; docet mortalia pectora multum,
Creſcat & æterni gloria magna dei.

Expoſitio.

Horologium eſt quod reſtibus ligatum, horas nobis denunciat, per quas pietatis & frugi uitæ admonemur.

ALIVD

Omnibus impunè hoc toto conceditur orbe,
Quin faciat nullam ciuica iura uetant.
Imminet ex facto magnum diſcrimen eodem,
Tale aliquid faciant ſi duo, treſue uiri.
Cedere quamprimum quauis coguntur ab urbe,
Deſerere urores pignoraq; ipſa domi.
Sic alius pendit pœnas ignoſcitur illi,
Et lex eſt diſpar conditione pari.

Expoſitio.

Omnibus licitum eſt (qui uelint) inflare cornu, ſed quamprimum id faciunt paſtores, armentarij ſcilicet ſubulci uel Aepoli id eſt caprarij, coguntur relinquere urbem & pecora in paſcua ducere.

Aliud.

Sudore immenſo ſuperas peruenit ad auras.
Viſceribus terræ delituitq; diu.
Pertulit in rapidis permagna pericula flammis.
In mala poſt etiam hæc deteriora ruit.
Suſpenſum ætherea & nudum regione uidetur,
Cogitur & pulſus hic tolerare graues.
Obruitur ſaxis crebro pertunditur ictu,
Quoslibet hoc miſera uoce mouere cupit.
Cum duplicet gemitus & planctu uerberet aſtra
Pectora nullius flectere dura poteſt.

Expoſitio.

Æramentum.

Aliud.

Quo magis attrahitur, uel ui maiore mouetur,
Longius hoc refugit, ſed tamen uſq; redit.
Nil refert ceſſes interdum ſiue labores
Efficit hic etiam, quod labor, ipſa quies

Expoſitio.

Etiam eſt æramentum, quod quo magis attrahit æditiuus, hoc longius refugit, ſonat etiam, quamuis ille aliquando non trahat.

ALIVD

Cum mea firma forent & belle membra ualerent
Paſcebam uiuos corpore ſæpe meo
Verum ut corripuit noſtrum, mors pallida, corpus
Curro ſuper uiuos quoslibet atq; gero.

Idem

196

Idem aliter.

Quondam dum ualui, dum uiuere fata dederunt,
Plurimus in uegeto corpore ſuccus erat.
Vſus erat noſtri, uiuis alimenta ferebam
Multis de noſtro corpore paſtus erat.
Poſtquam gens hominum ualidis me perdidit armis,
Totum me ferro dilacerauit acri.
Pluribus officijs deuinctos reddere pergo,
A quibus accepta eſt gratia nulla mihi.
Namq; ſine auxilio non poſſent uiuere noſtro
Quorum protegitur nunc ope tutus homo.
Prætereaq; ſuper uiuos mihi ſemita trita eſt
Ipſa hominem qua non eſt potis ire, gero.

Expoſitio

Chaonia noſtri uixerunt glande parentes,
Iſtaq; nunc porcis conuenit eſca magis.
Inde domus factæ borealia frigora pellunt
Perq; maris portant nos uada cœca rates.
Viuentesq; ſuper ratis ambulat hoſpita turbas
Quæ ſtagnis regnant Doris amara tuis.

ALIVD.

Sæpius ex nobis adeundi trmpora quæris
Eloquar, hæc paucis accipe, deinde ueni.
Robora cum coeunt & coniunguntur acerna
Dumq; loco conſtant irrequieta ſuo.

Humida cum cunctis exhauſta liquoribus arent,
Et ſunt ſicca nimis, quæ maduere prius.
Sedula gens hominum quouis à munere ceſſat,
Dum neq; iam geſtus monſtrat ut ante ſuos
Cum res ſuſtentat leuior grauiora tenetq;
Cum uiuum ſepelit luce uigente carens
Tunc tuus aduentus fuerit gratiſſimus, ergo
Hoc ad nos quæſo tempore ferto pedes
Iſta breui nobis Epigrammate redde ſoluta
Aſpectu primum tum potiere meo

Reſponſio.

Sis licet obſcurus, quamuis ænigmata iactes,
Diſcutiam breuiter ſingula uerba tamen.
Roboribus menſæ factæ iunguntur acernis
Robora ſic equidem firma coire puto.
Ianua quæ manibus crebris hinc inde mouetur,
Cum clauſa eſt ſtat iam, non requieta prius,
Quæ fuerant primum dulci repleta Falerno,
Pocula tortus abax, mox ea ſicca tenet.
Blanda quies feſſos hominum cum ſerpit in artus,
Officia omittunt, munia cuncta ſimul.
Materiaq; leui tum res oneroſa tenetur,
Humanum, plumæ, cum graue corpus habet.
Quando quod uiuit condunt expertia uita,
Sub cinere extincto uiuida flamma latet.
Pacta placent, animo cauto ſatis iſta notaui,
Aduenìam ſubito cum minus ipſe putas.

Aliud

Dic mihi quid minimũ eſt, quæ uix eſt firmius ullũ,
Quod tamen occultum cernere nemo poteſt

Reſponſio

Dædalium tabulas gluten cum clauditur intra,
Compingit nexu colligat atque graui.

Aliud

Non pugno eſt maius, credo, mirabere cernens
Quatuor in montem uix traheretur equis.

Reſponſio

Glomus filorum.

Aliud

Sunt gemini fratres, eadem eſt ambobus origo,
Sunt ſimul atque una de genitrice ſati.
Perpetua hos inter gliſcit diſcordia, quare
Concordant nullo conueniuntq́; modo.
Alternis igitur placitum eſt regnare diebus,
Alternis uiuunt, imperiumq́; tenent.
Non ſic Ledei iuuenes ſibi tempora certa
Aut uitæ aut nigræ conſtituere necis.

Reſponſio

Fortunatus & infortunatus dies, hodie enim bene eſt alicui cras male, aut hodie fortuna blãditur cras more ſuo minatur, immo ut habet prouerbium,
Ipſa dies quandoq; parens quandoq; nouerca eſt.

ALIVD

Eſt aliquid, quo nil precioſius arbitror eſſe
Poßidet hoc quidam, fruiturq; ad tempus eodem.
Aſt habuere alij & priuati munere tanto
Mœrent & tenebris latitant caligine denſis,
Tertia pars nunquam uidit, nec contigit illud,
Nec bona, nec mala quæ ueniunt cognouit in illo,
Qui nunquam accepit fœlicior omnibus illo eſt.

Expoſitio

Vita humana eſt, qui nondum natus eſt non experitur tanta pericula, qui defunctus eſt euicit, qui uiuit adhuc, cum pluribus malis conflictatur.

DE AVIBVS

Optima quæ ſit aues inter mihi quæſo recēſe
Ex qua ſed fiant fercula nulla tibi.
Non torrere ueru poteris, ut cætera fiunt
Non erit elixa hinc, nec caro frixa tibi.

RESPONSIO

Quæ proprias dulci diſtendunt nectare cellas
Et nunc inſectis connumerantur apes.

ALIVD

Dic etiam uolucrum quæ ſit iuſtißima nobis,
Queq; gerat mentis ſymbola certa piæ.
Cum canit Archita crepitacula ſtridere dicas,
Nulla etenim blanda carmina uoce ſonat.

Sed

Sed mens prouida ineſt uolucriq; memoria long
Temporis, hæc ſeſe, pro ratione gerit.

RESPONSIO

Ciconia eſt. Vide prouerbium Ἀντιπελαργεῖν

ALIVD

Has ego naturas auium bis quinq; notaui,
Tu quæ ſint breuiter ſignificato mihi.
Prima, graues, uitam per luctus, tranſigit omnem
Nec mentem curis exonerare ſolet.
Eſt alia huic prudens ſtomachum natura negauit.
Et quædam collum ſentit abeſſe ſibi.
Linguaq; deeſt illi, tumido caret altera felle,
Sexta poteſt pullos lacte fouere ſuos
Septima præcellit uario modulamine cunctas
Prædicit quidam & cuncta futura canit.
Nona uolatilibus præſtat pernicibus alis
Et poſt ſe cunctas una relinquit aues.
Vltima tam fertur ſapiens ut non niſi ternis
Seruatos annis, comedat ore cibos.

Expoſitio breuis

Perpetuo luget ſibi compare turtur adempto
Accipiter ſtomachum, collaq; neſcit apis.
Noctua felle caret, linguaq; pelargus amœna
Quæ lactat ſero à ueſpere nomen habet.
Poſtmodo quæ fient criſtatus nunciat ales.
Et cantu reliquas uincit Aëdon aues.

Omnes

mnes ante uolat prænuncia ueris hirundo
Grana uagus turdus iuniperina uorat.

Aliud

celſo uolucris uerſatur in aere quædam
Huic ſimilis quæ ſit nulla ſub orbe uiget
edijs huius natæ ſunt ignibus alæ
ſtq; ortus flammis, æthera deinde ſubit
enos uaſto degluberet ore iuuencos
Hunc ſi corriperet non ſatienda fames.

Reſponſio

Gallus qui ponitur in pinnaculis templorum.

ALIVD

In matutino conſiſtere rore uidetur
Apparet facies uirgine digna quidem
Sithoniam candore niuem, uiridiq; colore
Splendorem exuperat clare ſmaragde tuum.
Sunt quoq; nonnullæ picea nigredine partes
Tu ſi ſcire potes dic mihi quæ ſit auis.

Reſponſio

Picus uerſicolor qui ſolet in rore lauari

ALIVD

Dum tu ſoſpes eras, ſimul & mihi uita manebat,
Retibus ut caperes me ſtudioſus eras.
Nunc te mors rapuit, captiuum iamq; tenes me
Hinc tibi proueniunt gaudia nulla tamen.

Expoſitio

Expoſitio

Aucupis è cranio ſitiens ut auicula quærit,
Quod bibat, in capite eſt illaqueata cauo

ALIVD

Culminibus ponit ſummis ſua tecta caſarum
Porrectum eſt collum, cruraq́; longa rubent.
Eſt croceum roſtrum niueæq́; in corpore plumæ,
Oua etiam ponit. Dic mihi quæ ſit auis.

Reſponſio

Ciconia eſt, ſed in latino non dignoſcitur ratio ſexus, ſi uero germanice tibi aliquis reſpondeat, eſt quod nominet fœmellam & non marem.

ALIVD

Cum glacialis hyems terras exaſperat omnes
Sum nuda, atq; cubo poſitis à corpore plumis
Torrida quam primum melioraq́; reuertitur æſtas
Velatur corpus pennis, ac membra teguntur.
Et ſobolis noſtræ curam uir ſuſcipit alter
A proprio cantu poſſunt me noſcere cuncti
Et ſi iam canerem ſcires, ſed dic mihi quæ ſim.

Reſponſio

Auis Cocyx uer Cuculus oua ſubdit in alienis nidis poſtea pullus ingratiſsimus ubi adoleuit cum ſit nothus legitimos deuorat & matrem ipſam.

ALIVD

Dic mihi quæ merito iuſtiſsima dicitur ales.

Reſponſio

Aquila, pullos enim ſuos, radios ſolis non aſpicientes, è nido proijcit tanquam ſuppoſititios fœtus

Aliud Authore Ioanne Stigelio

Eſt quædam cuius mores formamq́; decorant,
Dicam tu quæ ſit, conijce ſcire potes.
Illius ora rubent, oculi ſplendore coruſcant
Suſpiciens alte colla ſuperba gerit.
Crura placent habitu gracili, niue candida certant
Brachia, ſunt greſſus quos decuiſſe putes.
Et teretes decorant plantas ſandalia rubra
Certatim iuuenes hanc ſibi quiſq; petunt.
Parte ſui potiore eſt molli prædita pelle,
Quam ſuper incumbens quiſq́; cubare cupit.

Expoſitio mea

Eſt quæ ſeruauit uigili Capitolia uoce
Cum ferè à Gallis mœnia capta forent.

DE PISCIBVS.

ADuena Cauponis quidam peruenit ad ædes
Nec prius ipſe uiro cognitus hoſpes erat
Per patulas domus hic elabitur ipſa feneſtras
Inq́; ſuo infœlix hoſpite Caupo manet.

Expoſitio 200

Hamum uel retia piſcatoria uocamus hoſpitem qui in fluuium domicilium piſcium peruenit, effluit aqua per foramina, dominus aquæ piſcis hamo concluditur & capitur.

Aliud

Quæ pars in quouis lautiſſima piſce putetur
Dic mihi præ reliquis nam tibi nota gula eſt,
Hinc præcepta petas epulonum turba guloſa
Quod placet ac aptum eſt hinc tibi ſume cito.
Fluminei Salmonis erit lautiſſima longe
Pars circa pinnas quam bene coctus habet.
Delicias alias habet inter carpio linguam
Inq; lupo fertur dulcius eſſe iecur.
Veſicam in ſalpa commendat Apicius ipſe
Dulciaq; in mullo præcipit ora magis.
Retrogradi curua cancri quoq; ueſcere cauda
Sic auidi quondam conſtituere uiri.
Ingluuies mollis laudauit & iſta uitelli
Luxuriam cuius ſcripta uetuſta ferunt.
Pamphagus aſſentit bibulusq; Philoxenus ille
Strimoniæ optabat qui ſibi colla gruis.
Filius Æſopi, cum de coctore Lucullo
Multi galba cibi prodigus atq; Nero.
Inſignes olim quicunq; fuere nepotes.
Quæq; fuit aſſiduæ dedita turba gulæ.

DE CANIBVS QVAEſtiones lepidæ

NVm canis appendet caudæ uel cauda catello
Da mihi ſi fuerit res tibi nota prius.

Reſponſio

Si canem cauda in altum ſubleues, canis à cauda pendet, ſin canem capitē tollas cauda pendet à cane.

ALIVD

Innumeros Memphis coluit Nilotica diuos
Inter quos feles atq; fuere canes.
In quibus ergo refert maior pietatis imago
Et quorum ſtirps eſt relligioſa magis.

Reſponſio

Arbitror eſſe canes diuuum qui templa ſubintrant
Et delubra Deum ſemper Anubis adit.

ALIVD

Ichnobates igitur cur intrat templa libenter
Beſtia cum nequeat dicere muta preces.

Reſponſio

Vident Altare candidis uelis opertum ornatumq; putant inſtructas eſſe menſas, ſperantq; mox epulas parari.

ALIVD

Dic mihi quando ſacra nullius uideatur in æde
Et trepidi fugiunt omnia templa canes.

Re-

Reſponſio 201

In die Palmarum metuunt ne uirgis ictis feriantur et cædantur. Nam ut uulgò dicitur qui canem cæde re uult facillime inuenit baculum.

Aliud

Dic quoq; quando canes pauidi formidine magna
Terrentur, nequeat maior ut eſſe timor

Reſponſio

In die ueneris poſt feſtum Paſchatis, uerentur enim reditura carnis priuia ut abſtinendum ſit à carne & ipſis eſuriendum.

ALIVD

Cur ex delubris abigit plerunq; catellos
Æditiuus, flagris uerberibusq; fugans

Reſponſio

Timet ne aliquid ſibi offerant, ut poſtea ſcopis cogat eijcere & purgare.

Aliud

In quibus utilitas eſt maxima deniq; nobis
Commoda qui præſtant uberiora canes?

RESPONSIO

Οἰκουροί, qui cuſtodiunt domos, ſunt omnium utiliſſimi, uenatici enim maioribus impenſis & ſumptibus aluntur quàm ipſi unquam proſint. Melitei autem catelli ad nihil aliud conducunt, quàm ut ſæpe pedendo ſuffitum dominis faciant.

Aliud

An non eſſe canes ſatius foret optime quæro
An Clericos nullis iam ſupereſſe locis.

Reſponſio

Eſcolaſticis & pueris poſſent fieri ſacerdotes
Quis autem canes faceret ſi ſemel interijſſent?

Aliud

Quid lupi quæſo ſpeciem rapacis
Exprimit, formamq; trucem, piloſq;
Vt procul ſi tu uideas, lupum ipſum
Dixeris eſſe.

Reſponſio

Eſt lupa quæ ſimilem formam ſortita marito.

Aliud

Quæro Lycaoniam per ſumma cacumina montis
Quid portet grauiter ſuſtineatq; feram.
Reſponſio: Lupa fert catulos ſuos quocunq; uult.

Cum dat terga fugæ lupus inſidiatus ouili
Feſtinans nunquam cur uidet ille retro.

Reſponſio

Quia non habet oculos in poſterioribus.

Aliud

Figuntur ſanctæ quoniam crucis undiq; ſigna
Exiſtatq; notæ reuerentia Dia potentis
Dic mihi quæ nullo prorſus celebrentur honore.

Reſponſio 202

Tres cruces omnium abiectiſsimæ. Ea quæ ponitur in ſepulchris hanc commingunt canes, item quæ eſt in tergo aſini, quā premit Agazonis podex. Et quæ figitur in pinnaculis tēplorū, hāc aues cōſpurcāt.

Aliud

Dic mihi quis tota ſublimior eminet urbe
Deſpicit excelſo mœnia tota loco.

Reſponſio

Gallus qui ponitur in templis eſt in ædititiſsimo loco, ſed adijcienda eſt hæc exceptio, ſi nulla auis inſideat, ut fieri poteſt.

Aliud

Quadrupes eſt aliquid ſubito quod ſuſtulit unus
Cui pes erat, uenitque bipes non tempore longo
Corripit hic tripodem, iaculatur quadrupes illo.

Expoſitio

Canis ſuſtulerat pedem ſuillum, coquus ſellam tribus pedibus corripuit, eamq; in canem torſit ut è faucibus excideret pes porcinus.

Aliud.

Sæpius exhilaror cernens loca plena timoris
Conſpiciens poſitas lege iubente rotas.
E contra mihi cum diuina uidetur imago
Terreor eſtq; mei non mala cauſa metus.
Sæpe uerecundum mihi maxima dona pudorem
Parturiunt nobis quæ dedit alma Ceres.

Expoſitio

Si quis in urbem aliquam longo itinere feſſus ue nire deſiderat, lætatur ſi uiderit eius ciuitatis patibulum, certa ſpe concipiens ſe ſtatim à uiæ moleſtia liberaturum iri. Deinde cum in Canthari fundo uidetur imago iſta quæ ſolet imprimi exhauſtum eſt uinum & exinanitus Cantharus. Poſtea ſi panis cultello eſcario adhæſerit inciuile putatur, & ruborē incutit apud honoratiores ſedenti

ALIVD

Omnia proueniunt unde ad quid deniq; tendunt
Incipit hic ſed res finitur quælibet illic.

Expoſitio

In ſenium pergunt cuncta ex florentibus annis.

Tὸ ἄλλο

Non habuit pennas uolucris tamen ipſa uolauit
Deſuper in quercus exutas frondibus altas.
Ore carens aliquis de cœtu ut credo Gygantum
Venit & hanc conſumpſit auem, licet ore careret

Expoſitio

Nix hyberno tempore in arborem folijs ſpoliatam decidit, hanc ſol radijs ſuis diſſipat.

ALIVD

Dona meæ Veneri ſed non uulgaria miſi
Primula callidior quæ ſibi finxit amor.

Namq;

203

Namq́; ferenda dedi dulciſsima uina puellæ
Sed mihi uas nullum quo caperetur erat.

Expoſitio

Sume Methymneis lectas è uitibus uuas
Mittere ſic nectar uel ſine uaſe potes.

ALIVD

Cellula parua iacet ſplendens candore niuali
Huc aditum præbet ianua nulla tibi.
Nulla feneſtra patet teres atq; rotunda uidetur
Marmoreo cincta eſt aggere tota domus.
Attamen & uiuum quiddam generatur in illa
Cui uerum corpus redditur atq; caro.
Prouenit & quæſtus multis uberrimus inde
Hinc quoq; non pauci quo ſaturentur habent

Reſponſio

Eſt niueum uarijs ſpectabile dotibus ouum
Acceptus cunctis prouenit unde cibus.

ALIVD

Quid Peluſiacum extremo fert corpore linum
Sed ſunt de membris inferiora ſuum.
Ex ligno cor eſt ſunt intima uiſcera lignum
Hac eſt effigie uiſa Chimera puto.
Non uiget aut uiuit nec uiuere fata dederunt,
Sed ſolet hoc uiuos pellere ſede ſua.
Carpathij credam te noſſe oracula uatis
Cui facies manſit forma nec una diu.

Si mihi Gordiacos poteris diſſoluere nodos
Quod latet in lucem ſi bene ferre potes.

Expoſitio

Eſt ſetaceum quo eijciuntur pediculi et caput purgatur.

ALIVD

Eſt rubeum ſed & hoc album circumfluit æquor
In niue ceu media Sphærula flaua iacet.
Lucet ut obrizo quæ gemma includitur auro
Vnio uel ſi quem ſectile claudit ebur.
Vndiq; conſpicitur pulchro nuuimine cinctum
Humanas melius uix puto poſſe manus.
Expoſitio, uitellum cum albugine oui.

ALIVD

Robora cum ſeſe findunt, & ab arbore iuncta
Arbor abit, quando condita ligna patent.
Tum ſtomachus fremitu noſter latrante quieſcit.
Et ſperata diu gaudia uenter habet.
Expoſitio. Hoc eſt cum inſternitur menſa cumq; antea coaptati & coniuncti aſſeres diducuntur.

Aliud

Sanguinem & carnem gerit uſq; uiuam
Tollitur rebus geriturq; iiſdem
Non habet carnem minimamue guttam
Sanguinis ipſum.
Ephippium uel ſella quæ equis inſternitur.

Aliud 204

Dic mihi quod quæro merces te magna manebit
Nunc aliquid nihil eſt,& nihil eſt aliquid.
Expoſitio umbra ſolis uel candelæ per ſe nihil eſt, & tamen eſt aliquid. ALIVD

Bis binis uiuunt elementis quatuor omnes
Tempore quas poſſum dinumerare feras.
Tu ſi magna ſapis iam nomina cuncta recenſe
Et precium haud paruum me tibi dante feres

Reſponſio

Inter aquas medias & flumina uiuit Arenga
Capta oculis ſub humo talpa uigere poteſt.
Noxia Vulcano ſpirat Salamandra ſub ipſo
Aëre Chameleon degit & ipſe leui

Aliud

Principioq; & fine carens ſine lumine uitæ
Peruadit celeri mobilitate uiam. Reſponſio
Globus uel Sphæra lignea,

Aliud

Incurſant homines animalia mortua uiuos
Mactati lacerant corpora firma boues
Et lædunt humeros exanguia membra ualentes
Quis putet extinctas poſſe nocere feras.

Solutio

Hoc fit apud Plagiarios & tortores in carnificinis, ubi Scuticis ex bubulo corio factis homines ſontes affligi ſolent.

Aliud

Dic ubi ſit cunctis iucundum ducere remos
Per tumidos dubia fluctus errare phaſelo
Da quod rurſus iter pedibus ſit carpere gratum.

Reſponſio

Nauigatio iuxta terram quaſi in portu eſt iucundiſſima & rurſus ambulatio iuxta mare eſt gratiſſima.

ALIVD

Quod multas animal fraudes rogo nouit & artes
Vt uitet uarijs dura pericla modis
Et quod pro multis facit una induſtria tutum
Et ſolam ſcit qua ſe tueatur opem.
Vna quidem ſed quæ ſit præſtantiſſima longe
Eſt maior cunctis artibus illa tamen.

Reſponſio

Vulpes multijugis dolis ſe tuetur aduerſus Venatores & tamen haud raro capitur. Sed Erinaceus unica duntaxat arte tutus eſt contra canum morſus, Siquidem ſpinis ſuis ſemet inuoluit in pilæ ſpeciem ut nulla ex parte morſu præhendi queat.

Aliud

Hoc mihi da quid ſit quod priſca parœmia iactat
Eſt nullus magnus piſcis & ille malus.

Re-

Reſponſio. 205

Eſt homo terrarum pondus non unius aßis
Addita corporeis mens uitioſa malis
Præterea elinguem decorat facundia nulla
In uaſto non eſt corpore mica ſalis.

Aliud.

Sæpius illuſtres gentes redduntur & urbes
Mœnia ſic uideas creſcere parua breui
Sic urbs nonnunquam uix raro ciue repleta
Mox hominum cœtu culta frequensq; fuit
Dic mihi qui tantum communia commoda curant
Hoc fieri quorum ſedulitate poteſt?

Reſponſio.

Malorum principum & Tyrannorum opera fiunt ampliores regiones, cum acerbe gerunt magiſtratus, ut eorum ſæuitia coacti incolæ deſerant regiones, Quemadmodum Teij perſarum iniurias ferre non potentes, urbe relicta, demigrarūt Abdera Thracum urbem, hinc illud ἄβδηρα καλὴ τηΐων ἀποικία.

ALIVD

Quid plus quàm media terrarum parte geratur
Quid terra quauis fiat & urbe noui.
Quiſquis ſcire cupit, quo non ambagibus ullis
Vt uagus innumeras permeet Erro uias
Vnde petat dicam tractu breuiore locorum
Sed prius hoc nobis ſi potes ipſe refer.

Reſponſio.

In Balneis & tonſtrinis facilis eſt rerum nouarum perceptio. Ibi enim confluere ſolet ac deſidere garrulum & nouitatis ſtudioſum uulgus, unde notum lippis & tonſoribus.

ALIVD

Dic quibus ebrietas tibi concilietur in oris
Sit licet accipias pocula nulla meri.
His ſi forte locis ſedeas temulentus abibis
Vexabuntq; tuum tormina multa caput.
Et quæuis tanquam uino cogente loqueris
Verbaq; per iugulum mox reditura tuum.
Vt Lynceſtiacas ſi quis potauerit undas
Ceu donis, titubat, uictus Iache tuis.

RESPONSIO.

Theophraſtus (ut teſtatur Plutarchus in Simpoſiacis) Τὰ κουρεῖα ἄοινον μέθην ἐκάλει. *Tonſtrinas uocabant ebrietatē citra uinū, uide Chiliades Eraſmi.* Ἄοινος μέθη.

ALIVD.

Quando par claris plebs redditur ipſa Tyrannis
Cum domino ſeruus diuite certat inops.
Dulichius Lydis æquus fit regibus Irus
Et Craſſo, Codrus uix eget ipſe magis.
Cum miſer & fœlix nullo diſcrimine diſtant
Nil inter prauos diſcrepat atq; bonos.
Hoc mihi reddiderit breuiter quicunq; ſolutum
Hic puto Phœbeo numine plenus erit.

Reſpon-

RESPONSIO

Cum placidum carpunt mortalia membra ſoporem
Exhauſtas uires cum leuat alma quies.
Hæc lenit mentes, & corda oblita laborum,
Exhilarat, geſtis reddit & apta ſuis.

Hæc quæſtio ex Ariſtotele eſt deſumpta. Qui lib. 1. Nicomachiorum inquit ὁ δὲ ἀγαθὸς καὶ κακὸς ἥκιστα διάδηλος καθ' ὕπνον: Quare dimidio uitæ ſomni ſilicet tẽpore fœlix & miſer ſimiles ſunt.

FINIS LIBRI PRIMI.

GENERIS CLARITA te ſimul ac animi dotibus nobilitato adoleſcenti Martino à Beldersheym.

Iohannes Lor. S. D. P.

Non dubito quin uulgarem de Icaro dedali filio fabulam utiliter omnino confictam atteſtetur, qui uel mediocriter in poëtarũ lectionibus ſit uerſatus. Clarius enim luce hac uidet inſigne cui florẽtior ætas ferè obnoxia eſt, temeritatis exẽplum in illo nobis pponi qui cera cõglutinatis pennis unà cũ parẽte ſuo inſue-

inſuetum per iter(ut poëta canit)uolare tentabat, uerum cum altius quàm à patre iuſſus eſſet eueheretur, factũ eſt ut nimio ſolis calore liquefacta cera, aliſq; reſolutis, in mare ſit præcipitatus. Nec uanum de Solis filio Phäetonte figmentum, qui patris equos arroganter affectauit gubernare. Sed cõpos uoti factus, fulmine conflagrauit ac ſumma cum omnium rerum pernicie ſuccubuit. Iam utroq; magis ego temerarius dicar, qui pennis omnibus deſtitutus (ut ita loquar) è nido euolare præſumam, & aſellum docere in campos parentem currere freno. Sed æquioris iudicij lector ubi rem ipſam diligentius perpenderit & conſiliorum authores & impulſores, quibus mihi refragari relligio erat, cognouerit, ueniam dabit maxime τῶ πρωϐπτέιρω. Propitius ignoſcet adoleſcenti rudiori, nouum quiddam aggreſſo, nullius gloriolæ uana ſpe, ſed ingenij ſolius exercendi, ac ſtili gratia producto. Et licet rebus ſuſceptis animus, emergentis periculi præſagus in pedes(ut aiunt) fermè cecide rit, tamen contra audentior iui, mecum illud reuoluens, Audaces fortuna iuuat. Et dimidiũ qui cœpit, habet, ſed quæcunq; tandem erit fortuna rerum, ego candidioris lectoris cenſuram æquiſſimo ſum animo laturus, iniquas autem maleuoli ſannas non unius aſſis facturus. Hoc autem plerumq; uidemus uſuueni re, ut multi eorum à quibus ipſi prorſus alieni ſunt

atq; rudes, iudicium ſibi arrogent, unde fit ut multi tolerabilem aliorum in ſcribendo carmine laborē reprehendant, cum interim ipſi unum aut alterum uerſiculum ſcripturi, Deus bone, quàm ſæpe caput ſcalpere ſolent & demorſos (ut ille ait ſapere ungues. Recte Anacharſidi Schytæ ualde uidebatur ineptum eſſe, ut de certantibus apud græcos artificibus iudicarent artis expertes, ſentienti neminem de artifice recte iudicare, niſi artificem, in Theatro certabant hiſtriones, mimi, cantores & Sophiſtæ, recitabant ſua figmenta Poetæ. Quorum artes cum populus neſciret, tamen alijs applaudebat, alios explodebat. Hos ego admonitos uel im, ne (quod Apelles dixit) ſutor ultra crepidam. Quod? μωμήσεταί τις μᾶλλόμ, ἢ μιμήσεταί: Sed iſta miſſa faciens, ad te Martine iucundiſsime ueniam. Cum igitur alea mihi iacta ſit, prioremq; huius libelli partem nobiliſsimo adoleſcenti Caſparo à Ruxleben dedicauerim, non potui immemor eſſe tui, partim quod arctiſsimam tibi cum illo familiaritatem intercedere, ac ſcripti præſentis argumentum pariter ad feſtiuum ingenij tui decus appoſitum, uiderem, partim, quod compluria tua in me collata beneficia contemplarer, & reputarem. Altius itaq; animo meo fixus hæres, quàm ut ulla ratione euelli queas. Quid enim per deos quotidiana tua conſuetudine & conuerſatione uel amabilius

lius unquam, uel dulcius eſſe potuit? Præclare in-quit Cicero, confirmatur amor beneficio accepto, et ſtudio perſpecto, & conſuetudine adiuncta, quibus rebus ad illum primum motum animi & amoris ad-hibitis admirabilis quædam exardeſcit beneuolentiæ magnitudo. Nil horum à te intermiſſum eſt unquã dum enim in eodẽ Muſæo (quod uel ſolum aliquan do amiciciam quæ nunquam poteſt intermori conci liat) uiximus, multa interim & amiciciæ & huma-nitatis tuæ in me collata beneficia quàm plena manu ſum expertus. Ne igitur mihi turpiſsima ingratitu-dinis nota inuri poſſet, non potui non hoc libello me ſaltem aliqua ratione nõ ingratum oſtendere, & par tem eius aliquam adſcribere, nõ quòd duplicem ea-dem re uelim inire gratiam, ſed potius, ut dedicatio communis ſubindicaret τῶν φίλων τάντα κοινά. Et amicum alterum ipſum eſſe. Deinde ut grati ani mi qualecunq; ſpecimen exhiberem, prorſus enim diuina res eſt gratitudo. Quare nunquam ſatis lau-dari poterit Philippus ille Macedonum rex qui du-ci cuidam, qui poſſeſsionem eius à quo naufragus eiectus humaniſsime fuerat exceptus, à rege ef-flagitatam acceperat, frontem candenti ferro hoc elo gio inſigniuit, Hoſpes ingratus. Proinde nil potuit humanius & communi hominum ſocietati conueni-entius præcipi, quàm quòd ab Aſcræo poëta iube-

mur,

mur, ut ea quæ utenda ſumpſerimus, maiore etiam & cumulatiore menſura reddamus, ſi id noſtra ferat facultas. Hac in re & Cicero Romanæ eloquentiæ parens agros fertiles imitandos eſſe dicit, qui multo plus adferunt quàm acceperunt, id quantopere deceat hominem, ſatis quidem intelligo, & nihil magis mihi in uotis eſt quàm ut abs te, & cæteris omnibus gratiſsimus eſſe cognoſcar, ſed eiuſmodi eſt mea conditio ut et tuis in me meritis, & meo in te animo ſatiſfacere uelim magis, quàm poſsim. Cum enim tua beneficia mecum tacitus reuoluo uires meas longe ſuperari uideo, & quo minus ea perſoluere poſsim, illam ſolam Deam, quam captam oculis & globo uolubili inſiſtentem fingunt, impedimento eſſe ſcias. Sed tamen mei officij fore exiſtimaui, ut aliqua ex parte tuæ beneuolentiæ reſponderem. Porro ſi maiora aliquando, cũ uel melior fortuna affulſerit uel ætas maturior adoleuerit præſtare potero, me uobis perpetuo deditũ habebitis. Nec erit ut animũ deſpõdeã, neq; præſumpta quaſi deſperatione quò concepi progrediendi, protinus circa ima ſubſiſtã, cũ tantus ubiq; doctiſsimorũ præceptorũ ſit prouẽtus, cũ adſit laboris & amans & patiens ingeniũ, cum ſit deniq; tempus, quod omniũ rerum magiſter eſſe dicitur, unde Ariſtoteles in Nicomachijs, καὶ ὁ χρόνος τούτων εὑρετὴς ἢ συνεργὸς ἀγαθὸς εἶναι δοκεῖ.

ὅθεν

ὅθεν καὶ τῶν τεχνῶν γεγόνασιν ἐπιδόσεις:
Cui ſubſcribit & Mimus ille, cũ inquit prior quisq; dies poſterioris eſt diſcipulus, Quare ſi quid unquã hoc ingeniolo efficere potero, ad te noſtrumq; Caſparum non minima portio redibit, interea hæc æquo animo accipe: Vale & quod confido me tibi commendatum habe. Datæ Martiſburgi ex communi Muſæo noſtro. AN. M. D. XL.

EPIGRAMMA AD eundem Martinum à Beldersheim.

INclite magnanimis Martine parentibus orte
Fama iuuentutis Palladiæq; decus.
Litera quæ paruo legitur præmiſſa libello
Dedicat arbitrio carmina noſtra tuo.
En iterum noſtris nunc appellare Camœnis
Lege prior nulla ſermo ligatus erat.
Iam numeris celebrare iuuat tua nomina paucis
Vt ſtricto incedat ſyllaba quæq; pede.
Non uelut orator Mantoum Naſo poëtam
Conuenit quoties conueniendus erat.

Non

Non ſcribet lepido Ciceronis more Catullo
Muſa nitens ſalſis Bilbilitana iocis.
Maxima ſi fas eſt quondam componere paruis
Et tibi ſcribendum iam ſecus eſſe reor.
Namq; Heliconiades certo tibi adeſſe ſorores
Quis neſcit Clario teq; ualere Deo.
Nam tibi ſunt faciles Muſæ pia numina Vatum
Contigit ingenij uena benigna tibi.
Si tibi ſit cordi quos uincula certa coërcent
Scribendis poteras aptior eſſe modis.
Nos canimus quædam triuiali impreſſa moneta
Et mea uulgares ædit harundo ſonos.
Scribere quæ cuperem tu ſcribis carmina docte
Inferior ſtudijs ſum minor atq; tuis.
Tu puto Caſtalias hauſiſti largius undas
Expleuitq; tuam fons ſatis ille ſitim.
Eſt alia hæc tardos in carmine reddit & huius
Ach uercor potum ne mihi plus ſit aquæ.
Hinc tibi ſcribendum uerſu magis eſſe putaui
Officium contra ne facerem ipſe meum.
Cum facias uerſus te uerſibus alloquor ipſe
Qui Muſas, minimus ſim licet, uſq; colam.
Ergo per ſuperos atq; omnia numina quæſo
Qualiacunq; uides, conſule ſcripta boni.
Forſitan iſte fuit nonum retinendus in annum
Cunctorum qui nunc exit in ora liber.

Aut magis æthereas nunquam mittendus in auras
Quam ſic ædendo præcipitandus erat.
Noſtra tamen uero ſtabit ſub iudice cauſa
Si bene conſilium nouerit ille meum.
Tradita propterea eſt noſtri tutela libelli
Et uelut in ſeruum ſunt data iura tibi.
Fortiter ut paſſum tuearis dira Clientem
Hunc ſi gens rabido liuida dente petat.
Præſidio ergo tuo noſtras dignare Camenas
Nec dubita laxos his aperire ſinus.
Non potes huic noſtro libro non æquior eſſe
Auſpicijs cum ſe proferat ille tuis
Si rudibus numeris ſit delectatio nulla
Nec ſapient animo carmina blanda tuo.
Hanc operam ſaltem uerus commendet amicus
Mens placeat nunquam non ſtudioſa tui.

Nil deſperandum CHRISTO duce & Auſpice CHRISTO

Finis primi libri.

DE COELO

210

SI BENE fama Tagen nobis commendat Ethruſcum
Qui nimium ueri prouidus augur erat.
Si merita clarent Caſſandræ laude furores
Illuſtre & nomen Troica Phœbas habet.
Tu quoq; perpetuo noſtris laudabere Muſis
Expediens Griphos quos mea charta tenet:
Quantus cœleſtes ſit, dic, aſcenſus ad axes
Tempore quàm poßis aſtra ſubire breui.

Reſponſio.

Rem nimium quæris magnam, tamen eloquar ipſe.
Eſt uia uel medio conficienda die.
Nam cum ſol medius ſpacio diſtaret utroq;
Chriſtus ad æthereos ipſe parauit iter. Aliud
A ſupero in terras quam ſit deſcenſus olimpo
Arduus exiguis mihi nunc ediſſere uerbis. Reſp
Hoc ſoli notum eſt domino qui cuncta gubernat.
Prætereà tenebroſa regit qui tartara Diti
Ille ſuo emenſus ſpacia eſt ſublimia caſu.

Ex Vergilio

Dic quibus in terris & eris mihi magnus Apollo
Tres pateat cœli ſpacium non amplius ulnas.
Expoſitionem uariam qui uolet petat ex Seruij

agnotationibus, uulgo autem interpretantur eſſe in quouis puteo.

ALIVD EX EODEM

Dic quibus in terris inſcripti nomina Regum
Naſcantur flores, & Phillida ſolus habebis

Solutio

Captioſe dicitur quibus in terris. Nam ubiq; locorum Hyacinthus flos naſcitur qui primum factus ē è ſanguine Hyacinthi poſtea ex Aiace.

Aliud de anno

Sunt alta bis ſex atq; unus in arbore ramus
Quatuor in ramo nidi ſunt quolibet horum
In nido pulli ſunt tres & quatuor omni
Sunt propriæ uoces diſtinctaq; nomina cunctis.

DE TERRIS & Regionibus.

Dic ubi ſit cœlo tellus excelſior ipſo
Et te ꝑ magno uenerabor Apolline ſemper.

RESPONSIO

E terra uerum corpus ſaluator Ieſus
Aſſumpſit cœlos qui nunc ſupereminet altos.

ALIVD

Delphica Phemonoe, fatorum præſcia Manto
Carmentis quam uix fama recenſet anus.

Iure

Iure tuis multo concedent artibus omnes
Quod rogo ſi poteris iam reſerare mihi.
Dic mihi quid paucis quæuis loca permeet horis
Quicquid ſol oriens conſpicit atq; cadens.

Solutio

Cogitatio uel mens hominis totum orbem breui tẽporis momento peruadit, qua nihil poteſt dici aut fingi celerius.

ALIVD

Iaſides & Phœbo multum dilectus Iapis
Cedet Rhamnetes et tibi Thuſcus Aruns.
Inclytus ille hominum, Diuumq́; interpres Aſylas
Qui norat magni lucida ſigna poli.
Dic quantis ſpacijs Eòo à litore diſtant
Occidui tangunt quæ loca ſolis equi.

Reſponſio

Oriens ab occidente diſtat unius diei ſpacio. Sol enim indies tantum itineris conficit.

Aliud

Dic mihi ſub quo ſit groſſiſſima climate terra
Quæ ualeat grata fertilitate nihil.

Reſponſio

Vbi longiſſima ſunt miliaria. Craſſa enim & inutilia ſolemus largius emetiri, quam culta & frugifera iugera quod apparet in Transſyluania noſtra.

Aliud

Æde, quis rex eſt galea tremendus
Tectus eſt ſcuto ſimul & thorace
Res tamen nullas temere adminiſtrat
Impete naſto.
Sed facit quiduis ſapienter ut ſit,
Regibus cunctis ſapientiæ inſtar
Rex prius nunquam memini quod ille
Sit tibi uiſus.
Hunc ſimul cernas uideasq; prima
Fronte, tum nomen, proauos genusq;
Regiam, mores, ſtudium labores
Noueris eius.

ΤΟ ΑΥΤΟΝ ΑΛΛΩΣ

Sublimi quidam Diademata uertice geſta.
Hæc illum regem res ſatis eſſe notat
Eſt panoplia paßim munitus Achyllis
Circuit & ualidus mollia membra thorax
Arce ſua regnat, ſolus dominatur in aula
Ferre nequit ſocium participemq; domus.
Negligit hoc nunquã Cræcorũ σπεῦδε βραδέως
Sic nihil hic prorſus præcipitanter agit.
Hinc cum Romano iam Cunctatore notatur
Et lenti nimium dicitur eſſe gradus.
Mira ſed eſt illi ſapientia rebus agendis
Omnia prudenti perficit ille mora.

Illius

Illius nunquam tibi ſi conſpecta fuiſſet
Maieſtas, facies forma colorq́; decens.
Attamen hunc prima liceat ſi fronte uidere
Aſpectu tanti cum potiare ducis.
Regis erunt dicto citius tibi nomina nota
Cum proauis ipſis ſtemmata clara ſcies.
Qua natus patria, poteris hinc certior eſſe
Quæq́; ſit auguſtæ regia celſa domus.
Hinc genus & mores ſtudium uitæq́; labores
Vt bene cognoſcas una uel hora dabit.

Expoſitio

Rex ille noſter eſt Limax uel teſtudo, cuius tarditas in prouerbium abijt: Teſtudineo gradu incedere.

DE OPIFICIIS
& ijs qui ea exercent.

Dicite quos hominum meliores eſſe putatis
Aurigas inter carnificesq́; feros

Reſponſio

Carnificis magis eſt ut opiner munus honeſtum
Educit reprobos ſcilicet ille uiros.
Aduehit haud raro ſocios auriga ſceleſtos
Sentinaq́; urbes deteriore grauat.
Tiphis & Automedon concedant illius arti
Et qui Myrtois nomina fecit aquis.
Huius ut officium merito dignarer honore
Iam locus artifices huic prior inter erit.

Aliud

Artifices inter cunctos operumq́; magiſtros
Qui ſua conſuerunt quærere lucra manu.
Quos magis integros atq; arbitraris apertos
Omnia qui ſumma ſimplicitate gerant.
Quiq́; ſuum exercent munus ſine fraude doloq́;
Vt poßis homines dicere iure bonos.

Reſponſio

Carnifices ſunt hi populi ſpectante corona
Quod ſtricto inſontes iure probatur agunt.

Aliud

Infectis pice cum ſint multa ſutoribus arma
Ex his utilius quid ſiet æde precor.

Reſponſio

Sunt dentes quibus hi rigidas extendere pelles
Et coria his crebro reddere laxa ſolent.

Aliud

Artibus è cunctis mihi dic tritißima quæ ſit
Quam ſimulat ſeſe noſcere quiſquis iners.

Reſponſio

Hanc ego præclari reor eſſe Machaonis artem
Hac de re cuncti fundere uerba ſolent.
Doctrinamq́; ſibi nemo non arrogat illam
Quid ſanum aut contra præcipit atq; uetat.

Τὸ αὐτόματον. 213

Quæ precor ars omni eſt nunc uulgatiſſima plebi
Immo etiam quam non beſtia nulla ſciat.

Reſponſio.

Inuentum Phœbi, quod membris ſubuenit ægris
Corporaq; herbarum uiribus ipſa leuat.
Fœniculi ſucco dicunt reparare iuuentam
Angues, torporem proijcere atq; ſuum.
Laſciuis hederæ quoq; ſe curare Corimbis
Fulminei à doctis commemorantur apri.
Littoreosq; ſolent uenari in flumine cancros
Subueniuntq; malis hac ratione ſuis.
Cum ſentit læſis Aconita nocentia membris
Panthera omnigenis ludificata dolis.
Humanas comedit ſordes medicamina certa
Antidoto uirus ſic fera cauta fugat.
Flos quoq; dictami cretea natus in Ida
Fertur cornigeris cognitus eſſe capris.
Spicula cum tergo aut uolucres hæſere ſagittæ
Inquirunt cerui graminis huius opem.
Quo ſe defendant norunt animalia cuncta
Ignorat ſolus quid ſibi proſit homo.

ALIVD.

Dic mihi qui temere nunquam fruſtraq; laborent
Sed quicquid faciant, aliquem referatur ad uſum.

Reſponſio.

Pictores, quoniam ficnt Cacodæmonis ora
Effigies ſi quæ non poſſunt eſſe Deorum
Pellei faciem regis cum doctus Apelles
Exprimerc haud apte poſſet ſcitoq; colore.
Tergiſtcn ſapiens effinxit imagine certa.

Aliud.

Qui ſoboles proprias minime curare uidentur.
Et faciunt ex ſe pignora nata nihil.

Pictores nam hi pueros ſuos pictos ſæpe uno aut altero aſſe diuendunt, cum id nemo faciat alius.

Aliud.

Eſt genus artificum multos plærunq; labores.
Quod facit in caſſum nunc rurſus dic mihi qui ſint.

Reſponſio.

Sartores, ſutores, marſupiarij & pelliones, hi multas faciunt ſciſſuras et foramina eaq; rurſus cõſuunt.

Aliud.

Qui manibus compingit opus non indiget illo
Quiq; emit hoc uti non uult, quiq; utitur ipſo,
Ignorat quamuis habeat, tu ſolue quid hoc ſit.

IDEM *aliter authore (ni fallor)*
Sapido.

Res ſum nota, mei quam paucis copia non ſit
Sed qua, ſi poſſet quiſq; carere uelit.

Qui

Qui me fecit habere ſibi me non cupit idem
Quiq; emit utendum, non eget ille mei.
Deniq; me neſcit cui me tam contigit uti
Nunc faciat ſcirpi qui uolet indicium.

ΤΟ ΑΥΤΟΝ ΑΛΛΩΣ.

Si bene diſpicias res ſum notiſsima cunctis,
Non ita ſed multis copia facta mei.
Me non optaret quis ſi caruiſſe liceret.
At tandem miſere quiſquis habere cupit.
Qui precio redimit, noſtro non indiget uſu
Quiq; parauit, opus non habet ille mei.
Deniq; me ſumpto quidam ceu munere honeſto,
Vtitur & doni neſcius ipſe ſui eſt.

Expoſitio.

Eſt arca lignea qua mortui ſepeliuntur, hanc uiuus nemo optat poſt mortem quiſquis cupit honeſte tumulari.

ALIVD.

Dic mihi in urbe quibus ſumma eſt cōmiſſa poteſtas
Quæ tenet à priſco nomina Marte ſibi.
Et breuiter cunctis maior regionibus illis,
Quam cuiquam in ſummo eſt copia facta gradu.

RESPONSIO.

Tonſoribus omnia committuntur, illis barbam cu iuſuis contrectare licet quod alijs non permittitur impune. Recte igitur Dionyſius uitam ſuam tonſori noluit credere, ſed barbam carbone candenti aduſsit, metuens cultros tonſorios.

Ali-

Aliud.

Fare ſacerdotes glabram tonſamq́; phalangem
Quis magis artificum, quàm plebem diligat omnem.

Reſponſio.

Tonſores, quæſtus namq; his uberrimus inde eſt
Vsq; adeo ad lucrum cunctorum lumina ſpectant
Hinc illis minime barbatum uulgus amatur.

ALIVD.

Sub quibus, æde mihi, ſit maior copia furum
Inter quos nequam ſacrilegiq́; uiri.

Reſponſio.

Non ſartores non molitores ſed tonſores plures ſub ſe habent fures.

ALIVD.

Quæro quos hominum furari impune ſinamus
Nec metuunt horum libera furta crucem.

Reſponſio.

Horreſcunt omnes ſuſpendia triſtia fures
Immunis Molitor ſolus at eſſe poteſt.
Illos è medio ſi tentes tollere, fruges
Qui poſſet Saxo frangere nemo foret.
Inq; mola miror cur nulla Ciconia nidos
Extruat, an metuit molitor ne ſubtrahat oua
Surripiatq; ſuos ut fur eſt undiq; fœtus.

ALIVD

Sed iam quæ ſit commoditas dic maxima nobis
Furacis tectum quam molitoris habet.

Reſpon.

Reſponſio. 215

Quod ianuam habet Mola, alioqui aſinæ agazoni & molitori per feneſtram eſſent intrudendi.

Aliud.

Eſt aliud prudens bene quod natura parauit
Nil molitori æque ſuſpicor eſſe bonum.
Ipſius totum namq; hoc defendit honorem
Et ſeruat famam, quæ peritura foret.
Quod ſaccis hominum non eſt conceſſa loquela
Hinc nequeunt Dominum prodere uoce ſua.
Indicio illorum fieret manifeſta rapina
Quam furtim nunc & diſsimulanter agit.

Aliud.

Herculea maior præſto eſt audacia cuidam
Vim tamen huic tantam nullus adeſſe putat.
Quæ tibi ſi nunc eſt Ænigmata ſoluere cordi
Fac breuiter, magni hoc muneris inſtar erit.

RESPONSIO.

Interiora tegens molitoris corpora ueſtis,
Præ cunctis audax creditur eſſe nimis.
Corripit hæc cunctis furacia colla diebus
Et phrendit nullo, guttura ſtricta, metu.

Aliud.

In qua parte ſui molitor iuſtiſsimus extat
Quæ non furentur uix ego membra puto.

Reſpon-

Reſponſio.

Corpore fur toto eſt ſed ſolo podice iuſtus
Hoc efflat, reliquis omnibus ipſe rapit.

Dic caſam quando molitor ſit intra
Sede concluſus latitat molari
Fur tamen tectum uideatur extra
Dic mihi ſi ſcis.

Expoſitio. Cum molitor in ædibus ſtans manus per feneſtram extendit, Solis autem manibus furtum committit.

Aliud.

Cum ſeſe in terras cœlo demiſit ab alto
Vera dei proles, unica noſtra ſalus
Quæ nam tunc illi uiſa eſt magis impia uita
Qui nam præcipue diſplicuere uiri.

Reſponſio.

Piſcatorum uita maxime Chriſto uidetur diſplicuiſſe, cum hos à ſuo inſtituto ad aliud uitæ genus reuocauerit & eſſe Apoſtolos iuſſerit. Si eorum quas antea exercebant actiones placuiſſent, non prohibuiſſet.

Arripiat nequam carpendi Zoilus anſam
Hanc à te ueniam lector amice precor
Candidiore legas animo, quos carmina noſtra
Illæſa referunt relligione iocos.

Aliud.

Aliud

Dic quare Dominus noſter ſaluator Ieſus
Terruit artifices multum decedere lucro
Vt uidere ſuo atq; ſuam contemnier artem.

Reſponſio.

Fabri cultrarij mirum in modum territi ſunt ob id quòd dominus ſemper panem frangebat, non utens cultris, timebant ne & hoc diſcipuli imitarentur, & hoc in artis ſuæ detrimentum cederet.

ALIVD.

Tempore diſce breui, ut facias minimoq; labore
Quinquaginta una calciamenta die.

Accipe tot ocreas & abſciſſo ſuperiore corio habebis calceos.

ΤΟ ΑΛΛΟ.

Vt condire queas carnes quæcunq; placebunt
Ex hoc illæſas ut eas ſeruare per annum
Poſſis (diſce tibi hac quoniã eſt opus arte) ſequentẽ
Corrumpi uitio nulla aut putredine poßint.

Modus.

Carnes uel piſces, quos cupis ex uno anno uſq; in aliumſeruari, aſperge in profeſto circunciſionis, ſi per noctem eam durauerint, mane init recens annus.

Eſt condimentum quod uincit aromata cuncta
Vilius eſt alijs, meliusq; fateberis eſſe.
Si rem perpendas animo quo condecet omnem.

Reſpon-

Reſponſio.

Sal Ammeniacus, licet omnia aromata deſint,
Hoc ipſo poterit nemo carere tamen.

ALIVD.

Quacunq; ingreditur cunctorum lumina fallit
Semita quæ fuerit cernere, nemo poteſt.

Nauis.

ALIVD

Accipe quo poſsis recte ſpectare Caballum
Hæ ſunt uirtutes nobilioris equi.
Addecet hunc leporis geminas oſtendere dotes
Conuenit & uafræ uulpis habere duas.
Tum res ſint illi binæ de more luporum
Ex aſini totidem conditione petat.
Deniq; fœmineis geminos de moribus addat
Sic ſonipes multum ſuſpiciendus erit.

Expoſitio Breuis.

Det lepus ut pedibus ſuperet uelocibus auras
Inq; gyrum facile hunc dextra regentis agat.
Perſpicuos oculos habeat, ſint lumina clara
Et bene cauda decens, munera uulpis erunt.
Tum ne ſucculſor delaſſet membra ſedentis
Vt bene ſemper edat, debet habere lupi.
Ex aſino ſumat ſibi ne pilus effluat unquam
Tum ſolida & firma huic ungula calcis erit.

Vt neq; rectori proprio parere recuſet
Luxurietq; gradu fœmina pulchra dabit.

ALIVD

Aëria quædam res in regione moratur
Eminet extructas & ſuper illa domos.
Cernitur effigie parua ceu muſculus audax
Verum eſt ſithoniæ candida more niuis
Flaua ſimul gratumq; uirens ceu gramina læta
Iam nobis quid ſit dicere credo potes.

Expoſitio.

Eſt nux iuglans. ἈΛΛΟ

In ſyluas properat denſas & lumina retro
Torquet, nec quæ ſunt præuidet ante pedes.

RESPONSIO

Eſt, humero geſtat, quam ruſticus ipſe ſecuris.

ALIVD

Per medias recto decurrit tramite ſyluas,
Saxáq; propoſitum nulla morantur iter.
Non hoc præcipites anfractus ſiſtere poſſunt
Qua pergit nec res impedit ulla uiam.

Reſponſio.

Perluſtrant radij ſolares omnia certas
Impedit illius res quoq; nulla uias.

Aliud.

Dic quid multa ſinu circumfert ſaxa tumenti
Et ſocios inter cernitur uſq; ſuos.

Purpureo ante alios lætum ſe iactat amictu
Vrbibus exceßit ruraq́; grata colit
Non eſt quod metuas, niſi tu prior ipſe laceſſas
Hoc facturo inſtant multa pericla tibi.

Expoſitio.

Eſt fructus Arbuti, continet in ſe multos lapillos in rure creſcens inter alia Dumeta.

Aliud.

Omnia flammiferi quæ circuit orbita ſolis
Complector, nil non capio, me cuncta ſubintrant
In terris quæ ſunt mortali ſemine nata
Te quoq; iam capto fugies mea retia nunquam.
Inſidiasq́; tui tu non intelligis hoſtis.

Senectus, quæ omnia, exceptis diuinis, compræhendit & capit.

ALIVD.

Omnibus appendet rebus, cunctisq́; cohæret,
Hoc ſine quid ſit res noſcere nemo poteſt.

Nomenclatura uniuscuiuſq; rei.

Aliud.

Quem lapides inter precioſos eſſe putatis
Præferri ut cunctis non ſine iure queat.
Qui uel Erithreo poßit certare Smaragdos
Qui flammas ſuperat clare Pyrope tuas.

RESPON. *Molaris eſt precioſißimus lapis.*

Aliud

Aliud.

Fit minus adijcias ſi quid, ſi dempſeris illi
Augetur, creſcit diminuendo magis.

Reſponſio.

Foramen in qualibet re.

Aliud.

Dic mihi quid penetrat mordendo uiſcera ligni
Egrediensq; cacat cuncta uorata prius.

Reſponſio. *Terebra eſt.*

ALIVD

Eſt aliquid, quod ſi uideas, ſinis uſq; iacere,
Et ſi non uideas, ſat ſcio, tollis humo.

Reſponſio. *Nux uitioſa.*

Aliud, Samſonis Aenigma.

De forti, mirum eſt, dulcedo prouenit ingens
Suauis & egreditur de comedente cibus.

Aliud.

Si caſu quidam uenit inter aromata multa
Cumq; aliquid fragrans opobalſama dulcia ſpiret,
Quid prius olfaciet mihi iam ſi ſcieris æde.

RESPONSIO.

Sentiet illius primum puto Naſus odorem.

Aliud.

Frondibus & folijs ſyluam mihi trade carentem
Quæ iaceat nullo puluere ſtrata uiam.

Et populum ex quo ſit ſtultorum turba remota
Dic quoq; quæ fumo ſit ſine culta domus.
Conuentus reprobis ubi ſit ſine furibus ingens
Magna ubi ſit comitum ſed ſine amore cohors.

Expoſitio

Illa caret folijs quæ conſtat abiete ſylua
Quam faciunt naues, per uada, ſorde, uia.
Non erat inſipiens Enoch atq; inter Helian
Pagina quos populum ſacra ſubinde uocat.
Præterea fumo caret & fuligine nigra,
Quam colere es iuſſus primus Adame domum.
Inter tot turbas cœleſti ſede receptas
Non datus eſt furi ſacrilegoq; locus.
Cum ſint innumeri metuenda in tartara miſſi
Non ibi ſunt pacis fœdera, nullus amor.

Aliud.

Dic mihi ſidereo quæ nunc animalia cœlo
Æthereas arces, celſaq; regna tenent.
Non ea quæ fallax effinxit monſtra uetuſtas
Et poſuit rutilo conſpicienda polo.
Sed noſtra poſſunt quæ relligione probari
Et facit haud dubiam litera ſacra fidem.

Reſponſio.

Duo leones Chriſtus & Marcus, Taurus Lucas, Aquila Ioannes, Agnus Chriſti, Equi Apocalypſcos.

Dic

Dic mihi ſcire potes quoties tua barba reſecta eſt,
Nam crebro priuas tenera lanugine malas
Semper ut imberbis credo uideare puellis
Hoc eſt Phœbeam uere ſimulare iuuentam.

Reſponſio.

Barba ſemel tantum detondetur, in poſterum uero ſemper relliquiæ, germanice die ſtumpff.

Aliud.

Cur non fœmineam mos eſt tondere cohortem?

Reſponſio.

Tempore uix poſſent tam reticere breui
Oſſa nimis crepitant, conſtant ex oſsibus illæ
Hinc genus illarum garrula turba manet.

ΑΛΛΟ.

Forſitan in lecto ſi quis meliore iaceret
Et tectus pluma nobiliore foret.
Quid cuperet ſtratis recubans in mollibus ille
Moribus è proprijs conijcere ipſe potes.

Reſponſio.

Si in lecto iaceret, optaret ut aperto lecto poſsit exire, eſtq; Amphibologia.

Ventre domi poſito ſe nota ad flumina confert
Et uelut abiecto corpore pollis abit.

Quod ſuper inducitur ceruicalibus.

Tempore nocturno plenum eſt uacuūq; diurno
Muſcipula
Dum lux eſt plenum, ſed fuſca nocte cauatum eſt
Ahena in quibus coquimus interdiu & calcei.

Aliud

Eſt quod non habeo, cuperem ſed nil minus unquam
Quod nec habere uelim, ſi dentur plura talenta
Si tamen hoc habeam nil poſſit gratius eſſe
Nec mihi diuitijs Craſſi uenale putarem
Præferrem Gazis totus quas continet orbis. Re.
Vt fieret ſimilis tibi prudentiſſime Iane
Forma mihi, à tergo quem nulla ciconia pinſit.

ΑΛΛΟ.

Eſt res qua ut caream fecerunt numina Diuum
Hac ipſa cuperem nil minus ipſe tamen
Hæc eadem mihi ſi qua qua ratione daretur
Nil rurſus poſſet gratius eſſe mihi.

Expoſitio

Ancipitis gemina ora DEI *faciemq; bifrontem*
Optabit nemo qui bene ſanus erit.
Aut quis Gerionis prudens tria corpora uaſti,
A Diuis orans uellet habere ſibi.
Tergeminiq; animas Herili non credo quod ullus
Expetat oſtenti ni uelit eſſe loco.
Sed pro ſe quondam pugnarunt fortiter illi
Proq; ſalute uiri multa tulere ſua.

Sic

Sic certe nihil his precioſius eſſe putaret
Conceſſa à fatis ſi quis haberet homo.

Aliud

Cum primum auditur terret, quo longius itur
Atq; ſonat ſemper, iuuat auditurq; libenter.

Eques, cum clauos in perſonaria equi labefactatos audit uacillare & ſonare, terretur primum, Sed quo diutius audit eo magis gaudet, ſperans ſe breui in diuerſorium uenturum.

Aliud

Eſt magnum & firmum mercatus uiſere multos
Aſſolet, includens in ſe corpusq; animamq;
Ambulat & ſupra uiuos & portat eoſdem
Conſilij idcirco multum, ſibi poſcit & artis
Vt uitet rapidi infinita pericula fati.

Eſt nauis quæ nauclerum doctum peritumq; requirit, Quatuor enim digitis à morte abſunt, qui ſe nauigijs committunt, ut dixit ille.

ALIVD

Dic mihi cur cultrum cultrum uocitare ſolemus
Lamina cultelli ferrea nomen habet.
Idcirco dicitur culter, quia habet capulum, unde formam cultelli habet, alioqui uocaretur ferrum.

ALIVD

Eſt ſita in Heßiacis oris incedua ſylua
Hinc nulli omnino tollere ligna licet.

Omnia ſub lignis poteris prohibere duobus,
Vt ſi bina uetes, cætera nemo ferat.
Hæc tu uerborum nobis compendia dicas,
Qui reliquis, breuius dicere cuncta ſoles.

RESPONSIO

Arida ab hoc luco quis nec uiridantia portet,
Rectaq́; cum curuis robora nulla ſecet.

Aliud.

Imprimis homini quæ ſunt animalia fida,
Quorum eſt præ reliquis ſuſpicienda fides?

Reſponſio.

Sextipedes uermes namq́; hæ ſuſpendia dira
Cumq́; ſuo domino tela crucemq́; ferunt.

Aliud.

Quas precio ſummo, dicis lepidiſsime, factas
Et minima ſcopas utilitate tamen.

Reſponſio.

Quas per humum uoluit cultiſsima fœmina ueſtes,
His ueluti ſcopis uerrere cuncta ſolet.
Sæpe per immundam puriſsima purpura terram
Pertrahitur, tantum ſumptus inanis obeſt.

Aliud.

Dic qua materia ſunt ſplendida templa Moguntæ
Tecta ſcio cunctos te peragraſſe locos.

Reſpon-

Reſponſio. 221

Non ſunt tecta, minus poſſent nam tecta uideri.

Aliud.

Quamuis addideris centum uel plura talenta
Creſcit, & augetur res tamen ipſa nihil.
Si totidem demas neq; tum decreſcere cernes
Sic delatari diminuiq; nequit.

Reſponſio

Flumina ſunt apte curuis ſulcanda crinis.

Aliud

Eſt plenum & uacuum, par tempore pondus utroq;
Et ſimilis grauitas, permanet uſq; rei.

Reſponſio

Follis refertus ſpiritu & inanis.

ALIVD

In campis ægre iaceo atq; patentibus aruis
Me benè concluſum ſcrinia parua tenent.

Reſponſio

In campo leuitate nequit conſiſtere penna.

ALIVD

Si facias fiet, ſi non facias quoq; fiet
Eueniet quamuis ipſe operere minus.

Reſponſio

Reddentur paruo lotæ tibi tempore ſiccæ
Cum ſiccent madidas linthea nulla manus.

DE HOMINIbus.

HVMANI potius quid cenſes corporis eſſe
Et melius dictis ſit mora nulla tuis.

Reſponſio

Eſt cutis hæc hominis ſuſtentat membra maligna
Conſeruat reprobum continet atque uirum.

Aliud

Pars aſini eſt quædam, tu quæ ſit conijce tecum
Vsq; adeo humanæ ſimilis quadransq; figuræ
Vt citius poſſes ouum diſcernere ab ouo
Hæc duo quandoquidem ſi lance gerantur eadem
Quid diſtet nequeas ullo cognoſcere pacto
Vt uix perſpicias in aquis diſcrimen aquarum

Solutio

Sanguis eſt ſed quamcunq; is cui proponis hanc quæſtionem partem aſini nominauerit, dicas tu prope attigiſti cum ſanguis omnibus membris proxime adſit.

Aliud

Eſt madidum & ſiccum pollet iuuenilibus annis
Et premitur ſenio, formaq; pulchra nitet.

Deforme eſt etiam, bis denaque cornua geſtat
Tu monſtri quid ſit, ſi potes ædc mihi. 222

Reſponſio

Siccus homo exterius, ſed pellem eſt humidus intra
Primo hunc formoſum grata iuuenta facit.
Exarat hinc frontem rugis, turbatq; ſenectus
Sunt ungues digitum, cornua dicta mihi.

Ex Petro Crinito

Homo non homo, uidens non uidens, alitem
Non alitem, lapide non lapide perculit
Arbore non arbore cum ſuper degeret
Eunuchus quidam cœcutiens ueſpertilionem leuiter
attigit pumice, cum in ſambuco ſederat auis.

Aliud

Dic mihi quæ mulier letetur tempore cuncto
Nunquam non alacris Lubila lœta canat
Reſponſio. Eæ mulieres quæ infantes lactant ſæpe cum alij dormiunt coguntur canere ut conticeſcant uagientes pueri.

ALIVD

Quæ cunctos homines inter lætiſſima turba eſt.
Gaudia qui ſemper non moderata gerunt
Reſponſio: Monachi & Sacerdotes iſti Chorales qui noctes ferè & dies conſumunt canendo in Templis.

Aliud

ALIVD.

Dic mihi quando magis paret plebecula myſtæ
Et prompte quicquid iuſſerit ille facit.

Reſponſio.

Cum ferè ad finem populum ſecedere iußit
Tunc omnis turba eſt officioſa ſatis.
Effundunt ſeſe bipatentibus undiq; ualuis
Et capiunt nullas talia iuſſa moras.

Aliud.

Dic quis peccauit contra præcepta Tonantis
Alma Dei, & tandem ſuperis conceßit ab oris
Nec tamen exeſum eſt aliqua putredine corpus.

Reſponſio.

Vxor Loth quæ mutata eſt in ſtatuam ſalis.

ALIVD.

Nondum natus eram cum me mors abſtulit atrox
Et me natalem mors rapit ante diem.

Reſponſio.

Mors ſimilis ſed non ſimilis fuit ortus Adamo
Atq; huic è coſta quæ fuit orta uiri.

Aliud

In ſuperas mater pueros nos ædidit auras
Et ſumus humana conditione ſati.
Nil tamen immites in nos potuere ſorores
Nil in nos habuit mors quoq; iuris atrox.

Viuimus & ſimilis ueniat tibi uita precamur
Nomina ſi neſcis noſtra require cito. 223

Reſponſio

Enoch & Helias uiuunt in Paradyſo.

Aliud

Dic mihi quis potuit nullos habuiſſe parentes
Cui genitor nullus nullaq; mater erat.

Reſponſio

Melchiſedeck primum cuius non indicat ortum
Quod nemini inq; ullo litera ſacra loco.

Aliud

Infantes quam nos utero prodiuimus ipſo
Vita prius nobis ſanctificata fuit.

Reſponſio

Chriſtus ſaluator noſter, Iohannes & Hieronymus ſanctificati fuerunt priuſquam naſcerentur.

ΑΛΛΟ

Iucluſi fueramus adhuc in corpore matris
Iamdudum inter nos gliſcebant horrida bella
Difficiles inimiciciæ pugnæq; cruentæ.

Reſponſio

Iacob & Eſau.

Aliud

Cæde quis unius proſtrauit millia centum
Inque uno fecit tot periiſſe uiros.

Reſponſio.

Paſtor Ieſſeus cum ſtrauit uerbere fundæ
Immanem Goliath tradidit atq; neci.
Hanc illi laudem ſpectatrix turba ferebat
Quod gens uicta uni tam numerosa foret

Expoſitio

Dic mihi quis quartam totius perdidit orbis
Partem cuius erat tam ſcelerata manus

Reſponſio

Fraterno Chain cum ſanguine polluit aras
Et fuit Abelis cæde cruenta manus.
Germani fuerant gemini totidemq; parentes
Illi tam totus quatuor orbis erant.

Aliud

Voce ſua mundum totum repleuit aſellus
Dic ubi tam grandes ædidit ore ſonos.
Rudere namque ingens aſinum perceperat orbis
Atq; homines cunctos qui tenuere locos.

Reſponſio in Archa Noe.

Da mihi quæ fuerit quondam ditiſſima nauis
Orbis totius ſolaq; uexit opes.

Eadem Archa Noe opulentiſſima fuit.

Aliud

Dic quis certa Dei prompte mandata peregit
Dumq; hæc exequitur damnatio contigit illi.

Reſponſio

Iudas, cum CHRISTVS in cœna diceret ut quic quid in animo haberet properaret efficere, parendo his iuſsis ſibi condemnationem peperit. 224

Aliud

An quàm barba, prius potuit uir uiuere quæro
An potuit quàm uir barba fuiſſe prius

Reſponſio.

Barba fuit antequam uir foret, capellæ enim & animalia omnia nata fuerunt ante hominem, & ſi barba facit ſapientem, nil obſtat, poſsit quin caper eſſe Plato.

Commoda quæ præſtant uxores plura maritis
Maioriq; uiros utilitate beant
Quæ bene dotatæ primo moriuntur in anno
An quam ſint Phœbes cornua plena pius

Aliud

Eſt Cocles quidam binos habet alter ocello
Hos inter quiſnam plura uidere poteſt.

Ille qui habet unum oculum duos in altero uidet, cum ille melius oculatus, licet Argus ſit unum tantum uideat: Aliud

Iuſtus erat quidam rara pietate colonus
Integra mens aderat candidiorq; fides.
Quatuor hæc Chriſto ſibi præſtita dona benigno
Vicinis ſolitus dicere ſæpe ſuis.

Namq;

Namq; ſuo dixit plus mentis ineſſe caballo
Communi parocho quàm rationis erat.
Hinc ſibi theſaurum factum Gazaſq; repoſtas
A quo nec furum ſit metuenda manus.
Inq; ſua dextra cœleſtia regna teneri
Optata ut poſſet ſeligere ipſe ſibi.
Deinde ſuo dominum dixit facere omnia metu
Arbitrioq; regi cuncta ſuperna ſuo.

Expoſitio

Rectiſſime hæc omnia agricola ille dixit 1 Equũ habebat qui nullo agente ad aquam ſe conferre, ibi cum ad ſatietatem bibiſſet etiam nullo impellente re dire, puod Parochus aliquando propter crapulam non potuit

2 *Opes ſibi magnas parauerat, nulli iacturæ obno xias quæ nec à furibus ſurripi, nec ab hoſtibus eripi poſſent, has enim in pauperes erogauerat.*

3 *Vitam beatam & æternam damnationem in ſu is manibus ſe habere dixit, & ita probauit quod do= mi ſenem parentem ſuum oculis captum foueret.*

4 *Quod Deus omnia ex ſua ſententia adminiſtra ret, uel pluuiam mittens, uel ſerenitatem inducens. Sic intellexit ſibi omnia, quæ diuina uoluntate fie= bant ſummopere placere*

225

Aliud.

Nunc eſt atq; perit, nulloq; reuertitur æuo
Non redit ut peſſum lux hodierna dedit.

Solutio

Virginitas temerata & læſa pudicitia.

Aliud.

Dic quibus excellens decor eſt & forma uenuſta
E grege fœmineo quidnam communiter optant
In quo conueniunt illarum ſingula uota.

Reſponſio.

Quamuis omnes forma non parum ſuperbiant, tamẽ una hac re nulla carere poteſt, latrina ſcilicet.

Aliud.

Paganus ciuiſq; ſimul dic optime nobis
Eſſe modo quo quis uel ratione poteſt?

Reſponſio.

Mœnia ſumma crucem diram ſuper extruat urbis
Hinc ſe ſuſpendens guttura rauca liget.
Dum flatu uario uentorum huc inde mouetur
Ruſticus aduerſus rura reiectus erit
Flatibus impulſus patriam ſi ſpectet ad urbem
Hoc ipſo oppiduli tempore ciuis erit.

Aliud.

Tres capiunt lepores duo patre r duo filij,
Accipit & leporem quilibet e ſibi.

Expoſitio.

Vnus erat pater, is habebat filiũ, isq; alium filiũ, ſic tres erant pſonæ, attamen duo patres & duo filij.

Aliud.

Nota mihi eſt mulier ſeptenas ædidit illa
Proles, fœminei pignora pulchra gregis.
Germanum ſed habet fratrem quoq; quælibet harum
Conijce tu Soboles quàm numeroſa ſit hæc.
Nunquid tot Niobe fœtus enixa putatur
Quæ fœcunda uelut candida Scropha fuit.

Expoſitio.

Filius unus erat ſeptemq; fuere puellæ,
Attamen & fratrẽ ſic ſoror oĩs habet.

Aliud

Paruum eſt effigie ceu candida mala rotunda
Quo tamen haud dubie paſcitur omnis homo.
Non coquitur nullo prorſus maceratur in igne.
Hoc ſine uix ulli uita ſalusq; foret.

Solutio. *Eſt mamma muliebris, Græcis à rotunditate dicuntur aliquando μῆλα, ut apud Lucianum in Imaginibus.*

Aliud.

Abſtruſum eſt aliquid cæcis latet atq; cauernis
Viuit ut in uaſto beſtia ſæua ſpecu.
Ex pario ualidum circumdat marmore ſeptum
Munitus uallis aggeribusq; locus.
Egreditur nunquam, nec limen proſilit extra
Vt minus hoc poſſit uincula firma uetant.

Hic fremit, ut reſonant ceu cum ſublimibus antris
Continet Hippotades flamina clauſa Deus.
Hoc inimicicias, bella, iras, iurgia, cædes
Excitat ingeminans quicquid ubiq; mali eſt.
Hoc cœlo terram, commiſcet & ignibus undas
Reddit & in priſcum cuncta redacta Chaos
Coniungit rurſus, ſociat, noua fœdera pangit,
Vt pax in cunctis floreat alma locis.
Efficit, obtineant ut certum iura uigorem
Componit lites iurgiaq; ſecat.
Nil uſquam melius, nil eſt præſtantius illo
Nil etiam peius deteriusq; nihil.
Has tu prudenti nebulas mihi diſiice cura
Et Scirpos aperi quos modo mitto tibi.
Credam equidem faueat tibi quod Cyllenia proles
Latonæ Soboles adſit & ipſa tibi.

Expoſitio.

Lingua eſt quæ circumuallatur ſepto. Vnde Homerus ſæpiſſime ἕρκος ὀδόντων. *Hanc Mythographus Phrygius omniũ peſſimã & optimã eſſe probauit.*

Aliud.

Virgo fuit cui uix dedit una diecula uitam
Cum nupſit pulchro non temerata uiro.
Vt decies plenos Phœbe reparauerat orbes
Coniugij caſti pignora grata dedit.

Et prius ex ceßit uita quam nata fuiſſet
Hæc res offertur conijcienda tibi
Clarus honore Lychas, & natus in Attide terrá
Diuino uerum protulit ore ſagax
Et Dodoniades dixere futura columbæ
Nota quibus ſedes glandifera arbor erat.
Si tua conijciant noſtros præſagia ſcirpos
Crede tibi hinc illis gloria maior erit.

EXPOSITIO

EVA *eo quo nata eſt die iungitur* ADAMO.

ALIVD.

Terga ſuper matris, ſubiecto in corpore quidam
Findere perpetuo ligna ſuetus erat.
Ni fallor, nimium dices fuit impius ille
Sed bene ſi noris, dixeris eſſe ſecus.

Expoſitio.

Primus homo hoc feciſſe ſatis perhibetur Adamus
Telluris latæ filius ille fuit.

Iocus ex Ambiguo.

Forte Sepulchretum quidam ſcindebat aratro
Vomere uerſabat patrum monumenta ſuorum
Ridebat large cernens hoc Cæſar & inquit
An non defunctos uere colit ille parentes?

ALIVD

Filia cuius eram genitrix ſum deniq; facta
Ipſe pater natæ, cœpit modo filius eſſe,

Reſti

Reſtitui matri quo erat hæc priuata marito
Vita per ingentes illi eſt percepta columnas
Sic ego detinui mortem cunctosq; feſelli
Tu ſi noſtra placent Ænigmata, dic mihi quæ ſim.

Expoſitio.

Alluſum eſt ad hiſtoriam quæ extat apud Valerium de inſigni pietate filiæ in patrem quem captum filia lacte ſuo admotis uberibus longo tempore ſuſtentauit & fouit. Valerius Lib. 5. Cap 4.

Aliud.

Solibus æſtiuis ut portes uina uiator
Ne fiant æſtu feruidiora graui
Sed mage frigeſcant, qua ſit ratione parandum
Expertus dicas plurima quæſo mihi.

Reſponſio.

Fac prius igne coquas Bachum capiasq; lagena
Sic mera paulatim frigidiora bibes.

Aliud.

Quodquod iter facias, uadas quocunq; locorum
Quoquo te uertas ut uentus ſit tibi ponè
Dic mihi quid facies & ſic eris Oedipus alter.

RESPONSIO.

Veſtes exueris propius te ſic erit aura. Amphibologiam facit ponè quod prope ſignificat & pone ſignificat poſt.

Alia Quæſtio.

Ambigo num citius poſsint ſubuertere tecta
Anne prius fa ciles ædificare manus.
Tu reputes Epheſæ fulgentia templa Dianæ
E ſeptem miris quæ monumenta ferunt.
Sumptibus immenſis & uix extructa tot annis
Vna uel media nocte fuere cinis.

Reſponſio.

Poſſe prius poni quàm ſubuerti arbitror ædes
Nam niſi ſtructa prius non ruet illa domus.

ALIA.

Sæua pati debent fures ſuſpendia quæro,
An potius iuſtis crux tolleranda uiris.

Solutio. *Operæprecium eſt, ut boni ſuſpendantur, ut ſcilicet eorum laus & memoria exaltetur & perpetuetur, Cum enim ſepeliuntur, non ita in aperto eſt eorum gloria, Sed magis unà cum cadauere obruitur, fures interim omnibus ſunt conſpicui, patibulis affixi.*

Aliud.

Egregijs plures applaudunt tempore noſtro
Delictis, laus ex crimine magna uenit.
Facta probare ſolent Gyaris & carcere digna
Hæc quæ ſint, ſimilis dic mihi laudis amans.

Reſponſio.

Ebrietas & crapula quã potores magnificis præconijs

conijs ſolent euchere. Auguſtinus de Ebrietate cauenda: Frequenter uſq; ad uomitum ſeſe iniurgitare non erubeſcunt, & ad menſuras ſine menſura bibere. Qui poterit uincere laudem meretur è crimine. 228

Aliud.

Cedo frequens monſtrũ quod Virgilio magis extat.
Fœmina quæ uarium ſimul & mutabile ſemper
In uarias mutata ſemel ſum cætera formas.

A Λ Λ O.

Dic ubi terrarum toto uiret arbor in anno
Arbos in Tylo uiret omnem læta per annum.

Aliud.

Ingenuæ iuuenis connubia uirginis ambit
Illa ſuo ſponſo talia uerba refert.
Hæc quæ proponam mihi tu promitte daturum,
Compos eris uoti, quod petis atq; feres.
Si quod non habeo poteris præbere roganti
Quod nec habes in te tu nec habere potes.
Hæc ſi præſtiteris, hæc ſit tibi dextera teſtis
Annuo iamdudum polliceorq; thorum.

Expoſitio.

Vt fieret prægnans & qua quo nata foueret
Pignora, conciperet, cauta puella petit:

A Λ Λ O.

Póne ſuam ſequitur cur patrem maſcula proles
Præcedit matrem fœmina quæq; ſuam.

Solutio.

Patres de natis dubitant plerumq́; creatis
Certior eſt mater nouit & eſſe ſuos.

Aliud.

Dic quis terrigenas fuit audaciſsimus inter
Qui faceret cuius perpauci exempla ſequuntur.

Reſponſio.

Vt licet ex ſacris ſcriptis cognoſcere Lamech
Tempore qui geminas uxores duxit eodem
Hæc auſus primum quæ nunc diſcrimina nemo
Aggreditur, legerent potius ſuſpendia quidam
Quam nunc tentarent, quod cœpit primitus ille.

Aliud.

Fœmineo ex utero non eſt ille æditus unquam
Pro tumulo gremium qui genitricis habet.
Protoplaſtes Adamus,

Aliud

Præ reliquis Herbæ dic quæ uirtutis abundant
Hoc bene ſi nobis explicuiſſe queas.
Idmona Apollineum, dioq́; Melampode cretum
Augurio uinces Thyodamanta tuo.

Reſponſio.

Herba repertorem ſuperas quæ tollit in auras
Vt ſera uigeat poſteritate decus.
Scilicet eſſe ſub his uirtus cognoſcitur herbis
Quæ nunc eſt cunctis gratia rara locis.

Sic eſt

229

Sic eſt auſteri nimium Centaurea ſucci
Phyllirydæ retinens nomina priſca ſenis.
Illaq; Peoniam quæ fecit uiuere laudem
Euphorbum à Stygijs queq; reduxit aquis.
Floſculus à Clario monſtratus Apolline primum
Inuentoris habet nomen & ille ſui.
Hinc etiam illorum diuina memoria floret
Dum uario tellus gramine læta uiret.
Protulit & primus quandam Cyllenius herbam
Inde manet nunquam laus moritura Deo.

AENIGMA EX quodam loco Petri Bembi deſumptum & uerſum

INnumeras tellus producit fertilis herbas
Et cuncta omnigenis floribus arua nitent.
Vna eſt uirgineæ nimium dilecta cohorti
Vna puellari eſt ſemper amata gregi.
Hanc cupiunt omnes, hanc amplectuntur, adorant
Hanc pro præſenti numine quæq; colit.
Non ut ſerta parent capiti uiridesq; corollas
Hæc ipſa in ſummis ducitur herba bonis.
Non hac ut mos eſt ornant laquearia ſumma
Non hac cernuntur limina cincta domus.
Non huius molles parua fornace manipli
Deſudant etſi maximus humor ineſt.

Hæc neq; piſtillis poterit contuſa iuuare
Suppoſito exprimitur guttula nulla foco.
Non in Acidalijs qui ſurgit Amaracus hortis
Quiq; manu artificum pictus Acante nites.
Non etiam ſandix tingendis ueſtibus apta
Non ea quæ regum nomina clara gerit.
Lilia, Serpillum, Colocaſia, Chalta, liguſtrum
Non Thymus aut hederæ Braſsica Beta filix
Non ea quæ Phœbum ſequitur, cum ſolis amæno
Nunc hos nunc illos reſpicit orbe locos.
Non quæ Meonij celebratur carmine Vatis
Dulichio exhibuit quam DEVS ipſe uiro.
Non ea quæ cunctos ſanat Panacea dolores
Atq; ægris membris quod dolet omne fugat.
Nobilius nomen uirtus, eſt maior in illa.
Sed longe eſt alijs uſibus apta quidem.
Hic bifido primum ſurgens pede tendit in altum
Ramus in occultis prouenit atq; locis
Enodis tamen eſt & candidus undiq; caulis
Quem tenera geſtit uirgo tenere manu.
In ſummo tantum crocco eſt ſignata colore
Et tumidum minio picta rubente caput.
Permanet hæc eadem nullo non tempore floret
Conſtringat quamuis omnia triſtis hyems.
Sit licet ignitus quoq; Syrius arua perurat
Atq; æſtu nimio ſicca dehiſcat humus.

Quo

Quo planta'a ſolo facile eſt cognoſcere cuiuis
 Inq; quibus ſparſa hæc floreat herba locis.
Prodeſt humidulis committere ſemina foßis
 Et iuuat hanc ſulcis inſinuare ſuis.
Si recte cures certos ſolet ædere fructus
 Apto quamprimum eſt illa recepta ſolo
Virgula maturis hæc cum pubeſcit in annis
 Pullulat inq; imo ſylua creata recens.
Luxuriat, ſumma lachrimæ de uertice ſtillant
 Et quaſi de rictu lactea gutta cadit.
Huic cedit ſucco Cynercidis arboris humor.
 Stipite qui ſudat profluit atq; ſuo.
Non puto nec credat quiſquam mel dulcius eſſe
 Quosq; fauos nobis ſedula fingit apis.
Nulla eſt, quæ in ſummum breuiori tempore ſurgat
 Vt tactu uideas creſcere ſæpe tuo.
Turget & extenſum citius quam credere poßis
 Stat tibi uel tota uix retinenda manu.
Tum facilis quædam, nec prorſus ruſtica uirgo
 Hanc tepido recipit percolit atq; ſinu.
Vtq; ſalutiferam foueat ſtudioſius herbam
 Hunc pingui florem rudere grata rigat.
Gaudia multa ſuis ſed & hæc cultricibus adfert
 Officijs reddit præmia digna ſuis.
Spes deploratis eſt & ſacra anchora rebus
 Dicitur & multis certa medela malis.

In

In uiduo quoniam recubat quæ frigida lecto
Et mœrens annis carpitur ipſa ſuis.
Percipiat ſuccum quàm primum graminis huius
Exultat miris lœtificata modis.
Pectora ſi duri læſere Cupidinis arcus
Et iecore excepit ſpicula certa ſuo.
Quod miſere appetijt tandem ſe credit adeptam
Tum requiem, uoti compos habere poteſt.
Quæ nimium pallet, florem decerpit ut illum
Purpureus faciem ueſtit & ora rubor.
Aßiduo ſi quæ corrumpit lumina fletu
Vt lachrymas illis paruula cauſa ciet
Exigit inſomnes ſi quæ perterrita noctes
Et mentem turbant horrida uiſa metu.
Irrepent dulces hoc ſumpto germine riſus
Atq; oculis ueniet ſat ſcio blanda quies
Si matura uiro iam certis nubilis annis
Iam ſponſum quærit nomina matris amans.
Ne ſterilis maneat, miſeros & tranſigat annos
Huic certam radix commoda monſtrat opem.
Conciliat pacem flos hic, coniungit Amorem
Hic cunctos inter gaudia multa parit.
Hoc ſine coniugibus nunquam placuere mariti
Dilexit ſponſum nulla puella ſuum.
Oedipo dionias tu nunc tibi ſuſcipe partes
Hæc mihi quærenti quæ ſiet herba refer.

Expoſitio

Expoſitio

Si nomen quæras herbæ, dabo, Menta puſilla eſt
Sic illam caſte lingua latina uocat.
Menta quidem maior uarios celebratur ob uſus
Sed multis præſtat Menta minuta bonis.

Aliud Aenigma

Dic quorum porri folijs eſt uincta crumena
Vt poßis facili diſſoluiſſe manu.

Solutio

Inſano quiſquis fuerit correptus amore
Marſupium porro colligat ille ſuum.
Vix unquam claudit loculos ſed largius æquo
Quamuis exiguas promit amator opes.
Nam præbere ſolet fomenta libidinis aurum
Et friget præter Bachica dona Venus.

AΛΛO

Quid rogo non hominum peruicit ſedula cura.
Mens etenim quiduis prompta domare poteſt.
Difficile eſt aliquid, quod uix puto præſtitit ullus
Hac re debilior, uis fuit ipſa Iouis.

Reſponſio

Cum ſibi ſublatus quiſquam aut ereptus amabit
Non poterit rebus conſuluiſſe ſuis.
Cum ſubit ille furor, ſapientia cuncta recedit
Occupat illius tota Moria locum.

Nemo

Nemo ſimul mentem dedit uirtutibus omnem
Et capit illecebras ò Cytharēa tuos.
Non bene, qui ſequitur mollis tua ſigna Cupido
Militat in caſtris torua Minerua tuis.

Aliud.

Me cupit omnis homo, nemo non odit adeptus
Iam magni fio, iam flocci pendor ijſdem.
Me reputant aliqui magnum & uenerabile quiddā
His ubi contigero, uitioſa uix nuce dignum
Ducunt & dictis iam deteſtantur acerbis.

Expoſitio

Senectutem intellige, quam (ut Ciceronis uerbis utar) ut adipiſcantur omnes optant, eandem accuſant adepti, pleriſq; enim ſenibus onus Ætna grauius uidetur iſta ætas.

ALIVD

Dentibus innixi qui poſſunt figere greſſus?
Qui firmant illis ſuſtineamq; gradum.
Da mihi, Appollineo te credam numine plenum
Notaq; iactabo Delphica ſacra tibi.

Reſponſio.

Senes dentibus ingrediuntur, quibus maxillæ ſunt Scipionis uice, coguntur enim defectas ætate uires lautiore pariter & copioſiore uictu reficere, & ſe dentibus ſuſtentare.

232

Aliud

Anguſta eſt uni, bene conuenit atq; duobus
Lata nimis res cum ſit manifeſta tribus.
Nil erit Ampicidæ memorata ſcientia Mopſi
Augurium cuius nulla feſellit auis.
Qui pecudum fibras erranſiſq; omina pennæ
Terrifica & tenuit fulmina mente ſua.
Hoc tua ſi nobis reddet ſolertia clarum
Quiſquis es hoc longe tu mihi maior eris.

Expoſitio

Eſt arcanum aliquod, hoc cum ſolus aliquis commo de ferre nequeat, utile erit ſi habeat amicum aliquē intimum, qui cum ut ſecum loqui poßit, Si autem pluribus detegat cælari non poteſt. Nam (ut dicitur) Cælari q̃ uis primus tace. Thales Milleſius inquit Μὴ διαβαλλέτω σε λόγος πρὸς τοὺς πιστούς: *Quod ſic uertit* ERASMVS, *nihil cōmittendū amicis etiam quibus confidimus, quod ſi proferant parat nobis infamiā, unde ille recte dixit ſi interior ueſtis ſecreti ſui conſcia eſſet, proiecturum ſe eam.*

ALIVD.

Vir bonus & iuſtus ueræ pietatis amator
Orabat reprobum ſupplice uoce uirum.
Quodq; petebatur toto præſtantius orbe
Munus erat, dedit hoc improbus ille bono

Ex

Expoſitio

Ioſeph orabat Pylatum ut Chriſtum crucifixum ſibi concederet & permitteret ſepeliendum.

Aliud

Aerij in ſumma qui poſſes uertice montis
Balnea corporibus grata parare tuis.
Vtq; feras illuc pertuſo flumina cribro
Viminea & gelidas naßa retemet aquas
Hanc calidam ligno reddas precioſius ullum
Quo non eſt, melior uirgáq; nulla uiret.
Omnibus è fluuijs ſelectos mittere piſces
Hosq; ipſos ligno nobiliore coquas.
Vndiq; quod creſcit procerius arbore quauis
Et tenerum eſt quam ſint robora cuncta magis
Hasq; epulas tali poßis geſtare patella
Floribus omnigenis quæ benefacta ſiet.
Præterea panem dulcem, micisq; carentem
Mellitum præter pocula cuncta merum.
Qui tamen ad menſam Ganymedes ſeruiat amplam
Vocibus à cunctis ſit bene doctus homo.

Expoſitio

Vt in cribro aquam feras, accipe uel glaciem uel niuem hanc calefac uitibus quibus nullum apud nos melius lignum eſt. Piſces ex omnibus fluuijs marini ſunt, hos coquas ligno quod longius & tenuius om

nibus

nibus alijs eſt hoc eſt hædera, Patina ex omniuarijs floribus cerea eſt. Panis qui nullas habet micas, Hoſtia eſt. Poſtremo is qui ſeruit ad menſam, Sit homo ab omni uoce, id eſt, mutus & elinguis.

DE LITERIS & Scripturis.

SEMINIBVS *uarijs eſt exornatus agellus,*
Præteriens populus, quæ ſint ea ſemina neſcit,
Felix qui uidet & fructus intelligit iſtos.

Reſponſio.

Picta eſt Cadmêis Nilotica charta lituris.

Aliud.

Bis uenere nouem iuuenes ad mœnia noſtra
Ex alijs, huc ad nos adiere, locis
Conſpicui forma, pariles florentibus annis,
Attamen his minime par decor oris adeſt.
Nil eſt egregiæ quod dicas deeſſe cohorti
Quàm quod non potis eſt ædere lingua ſonos.

Non illis uox eſt, ſed ſecum quinq; ſodales
Ducunt, ex his, ut uerba loquantur habent.
Summoto nullum dicunt interprete uerbum.
Orbe ſed eſt toto gloria magna uirûm.

Solutio.

Octodecim conſonantes, & quinq; uocales ſunt.

Aliud.

P. ſuperat iam D. Summum P. cuncta gubernat,
I. ſimul, V. multa ſub ditione premit.
I. cum P. dudum toto dominantur in orbe
Hinc V. cum quoq; D. deſpicit omnis homo.

Expoſitio.

Pecunia iam multis pro Deo eſt, & Deo ipſi præfertur, Iniuria autem & uis Virtutem ſuperat. Hinc negligitur pietas, contemptæ iacent uirtutes; ob aurum nihil non agimus, ui cuncta geruntur.

Aliud.

Dictio ſcripta per L, ad ſe, germanica, cunctos
Attrahit, L. dempto eſt dictio nobilior.
Dixerit aſtutum quicunq; hæc dictio quæ ſit,
Is mihi diuinus ſemper habendus erit.

Idem aliter.

Dictio Theutonice bis binis ſcripta lituris
L. inter reliquas eſtq; locata notas,

Vi pollet mira nam fortiter allicit omnes
Non ſecus ac magnes dura metalla trahit.
Lambda tamen mediũ uerbo ſi dempſeris iſti,
Sintq́; characteres tres tibi deinde ſuper.
Omnia tum longè præcellens totius orbis
Nominibus, multis dictio maior erit.
Iam precor hoc quiſquis mihi ſoluerit, adſit ut illi
Quod primum nomen poſteriusq́; notat.

Expoſitio

Golt germanica eſt dictio, ſi l, demas, fit Got.

Aliud.

Quæro notas inter ualidiſſima litera cunctas
Quæ ſit, congerro mihi nunc lepidiſſime dicas.

Reſponſio.

Apud Germanos O, & E. Hoc enim ſignificatur matrimonium, quod indiſſolubili uinculo coniungit homines, ut poſtea reſcindi nequeat. O uero quo aurigæ utuntur, ſiſtit equos & ingentia plauſtra.

Aliud.

Quiq́; characterum numerus ſit maximus oro,
Reſponſum breuiter, ſi potes ede mihi.

Reſponſio.

Eorum plures ſunt qui flexuoſe ſcribuntur.

Aliud.

Litera quæ media eſt in tota claſſe notarum.
Si germanice proferatur; locus eſt, Dicimus enim
A.B.C. ibi uidemus mediam literam eſſe B.

Aliud

In qua re ſita ſunt ſaluantis dogmata Chriſti
Eſt contenta quibus relligio atq; fides.

Reſponſio.

Pellibus uitulinis & panniculis laceris & abiectis,
Id eſt, in membrana & papyro.

Aliud.

Plura characteres qui nobis commoda præſtent.
Dic mihi, qui rurſus plurima damna ferant.

Reſponſio.

M.D.L.V.X. & I. *His in numerando dum cal culum ponimus & rationes ſubducimus utimur.* M. *mille,* D *quingenta,* X. *decem,* V *quinq;,* I *unitatem denotat.*

Aliud.

Intrant bis ſeni ſub tecta adaperta recepti
Turba ruit foribus, per quas intrauerat omnis,
Excepto quodam, ſeptum qui clauditur intra,
Emitti q; nequit, ſi non ſit ianua clauſa.

Namq;

Namq; per ille, fores non egredietur apertas,
Euola. obijcias ſi dura repagula tecto. 235

Reſponſio

Sex & quinq; notæ quas dicimus ordine primo
Os ſimul intrarunt patefacta fauce reuerti
Conſuerunt, quare obſtructo nil ore ſonabis.
M tantum clauſo profertur littera rictu.

Aliud

Dic quæ contemptiſſima littera quæ tamen omnes
Excellat, præſtet reliquis ſimul omnibus una
Seu malis forma ſeu malis ſignificatu.

Reſponſio

Litera Pythagoræ quæ poſtremo ordine fertur
Quæ quid ſignificet tradunt ſibi ſcripta Maronis.

ΤΟ ΑΥΤΟΝ ΑΛΛΩΣ

Quæ neglecta iacet contemptu litera multo
Præ reliquis longe ſuſpicienda notis
Indignum ſortita locum, ſub fine tenetur
In ſe comprendit myſtica multa tamen.

Reſponſio.

Illa Maroneo quæ carmine nobilis extat
Inuentum Samij ſecta litura Sophi.

AENIGMATA
quæ dam ex alijs doctiſ-
ſimorum uirorum mo-
numentis deſum-
pta.

AVSONIVS AD THEO-
nem Grammaticum

AVT ADSIT
interpres tuus
Ænigmatum qui co-
gnitor
Fuit meorum, cum tibi
Cadmi nigelli filias.
Melonis albam paginã
Notasq́; furuiæ Sepiæ,
Cnidiosq́; nodos prodidit.
Nunc adſit & certe modo.
Præſul creatus literis.
Enucleabit promptius.
Quod militantes ſcribimus.

Expoſitio Breuis

Literas Cadmi Phœnicis munus, Papyrum Niloti-cam & atramentum ſcriptorium, & calamum libra-rium literatoris germanum inſtrumentum uidetur

ſub

ſub hæc inuolucra complicaſſe Auſonius. Cadmus primus literas in Græciam è Phœnicia attulit. Melonis paginam ideò dicit quod Nilus Papyrum producit, hic autem fluuius Ægipti olim Melo dictus eſt. Sæpia pro atramentis accipitur etiam apud Perſium. Nigra quod infuſa uaneſcat Sepia Lympha, piſcis enim ille atrum liquorem profundere dicitur. Furuæ id eſt nigræ, unde & fure dici putat Varro. Cnidios nodos pennas intellige, probatiores enim calami Cnidij fuerunt ut ait Plinius lib. 16. Hiſtoriæ naturalis. Imitatus autem eſt Perſium cũ dicit nodos ille enim dicit, Inq; manus chartæ nodoſáq; uenit harundo. Copioſiorem expoſitionem uide apud Politianum Miſcellaneorum capite 39.

EX AVSONIO VERSIculi Morales Ænigmatum inſtar habentes.

Quæ nam ſumma boni mẽs quæ ſibi conſcia recti

Id eſt: Quid optimum? animus bene ſibi conſcius

Pernicies homini quæ maxima? ſolus homo (alter

Id eſt homo homini lupus & Dæmon

Quis diues? qui nil cupiat, quis pauper? auarus

Diues eſt non qui multa habet, ſed ſorte ſua contentus, Auarus omnis pauper, qui omnia quod habet non habet.

Quæ

Quæ dos matronis pulcherrima? uita pudica

Mulier indotata etiam ſatis dotata eſt ſi caſta eſt.

Quæ caſta eſt? de qua mentiri fama ueretur

Caſta non eſt de qua fama turpiter loquitur

Quod prudentis opus? cum poßit nolle nocere

Proprium prudentis eſt cum poßit nolle tamen ulciſci.

Quod ſtulti proprium non poſſe & uelle nocere

Malus etiam cum non poßit optat tamen lædere.

THALETIS MYLLEſij ſententiæ Ænigmaticæ. Eraſmus Apopthegmatum libro ſeptimo.

Rogatus quid eſſet omnium uetuſtißimum. Reſpondit DEVS, Quur ita? ὅτι ἀγένητος hoc eſt nunquam eſſe cœpit. Quid eſſet pulcherrimum, ait, Mundus eſt enim opus DEI, quo nihil pulchrius. Quid maximum? Locus, capit enim omnia. Quid uelocißimũ? Mens, diſcurrit enim per uniuerſa hominis cogitatio. Quid robuſtißimum? Neceßitas ſiue fatum. Superat enim omnia, cui ne dii quidem reſiſtunt. Quid ſapientißimum. Tempus. Nam inuenit omnia & in lucem profert.

AENIGMA PROPOſitum à Philippo Melanchthone cuidam amico.

DEgener à reliquis aquilis Gypaetus eſſe
Dicitur, & timido pectore turpis auis.
Hunc formoſa tamen Syren amat, inq; marinos
Accerſit ſcopulos carmine blanda ſuo.
Scilicet ut fortis coruorum inde agmina pellat
Et Nyſos nota de ſtatione fuget.
Sed uirtutis habet non tantum ignaua uolucris
Ipſis quæ coruis obuia præda uenit.
Cur igitur uenit huc, ut ſi qua cadauera reſtant
Dulichiis quæ ſunt de rate ſparſa uoret.
Aut ut Muſarum uolucres, Pegneſide ripa
Arceat è ſcopulis deijciatq; ſuis.
Ariſtoteles Γυπάετος ἔχει τῶν ἄλλων ἀετῶν
κάκα πάντα, ἀγαθὸν δὲ οὐδὲν &c.

QVAEDAM HELII EObani Heßi τῶν καθ᾽ ἡμᾶς ποιητῶν κορυφαίου Ænigmata

EST quædam de fructiferis nota omnibus arbor
Si nomen quæras octo elementa dabunt
Vltima ſic poſito tria ſi de nomine demas
Inter mille alias uix erit una tibi.

τὸ αὐτὸν ἄλλος

Eſt quædam ſcribend notis his quatuor arbor
Sympoſijs aptas ferre ſueta nuces
Si tres inde notas poſtremas dempſeris inter
Mille alias unam uix reperiſſe queas.

Expoſitio

Caſtanea eſt arbor, ſi tres poſteriores literas remoueris, caſta erit.

EX EIVSDEM SYLuis Aenigmata quædam Ioachimo Camerario propoſita.

Primum

MAtris DEORVM ſanguine
Mater Mineruæ debria
Ex matre crebro fit pater.

Secundum

Ardente ſpuma ſi linas
Terræ peremptum fomitem
Incendit orbem protinus.

Tertium

Pyrrhæ tenacis filij
Reddunt coacti ſemina
Quæ præter ipſos omnia
Vi præualente proterunt

Quartum

238

Quartum

Quis eſſe quæſo te poteſt
Qui cum pepedit maxime
Et minxerit longiſsime
Matrem leuat rectiſſime

Quintum

Cœlum tulit Tyrinthius
Agenoris cœli patrem
Quis hunc, & hanc, hæc omnia?

Sextum

Quædam libidinoſa anus & ebria
Vultuq; deformiſsima
Sapientibus pulcherrima conſilia expedit
Si conſulatur dextere.

Hæc ex Syluis Eobani deſumpta.

Ioannis Sapidi quædam

Ante diem uitæ quam uirgo peregerat unum
Nubilis eſt iuueni ducta puella uiro.
Et nec adhuc æui ſpacio ſuperauerat annum
Eſt ubi ſe natus de genitrice puer.
Atq; ſepulchrali prius eſt data mortua tumbæ
Quam de maternis edita uiſceribus.
Nunc dulces quicunq; iocos & reddis & audis
Oedipodionias hic tibi ſume uices.

Aliud eiuſdem

Hi pueri nobis nuper genitricibus orti
Sunt quibus & fratres qui genuere uiri.
Vtraq; legitimi tamen eſt fœtura cubilis
Dic igitur natos qua ratione putas.

ΑΛΛΟ ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Lector me mihi dic & habeberis Oedipus alter
Inſinuor teneræ ſurripiorq; cuti.
Magna mei tangunt innuptas uota puellas
Fœmina me magno nulla carere uelit.

Aliud Camerarij

Queis nec iamq; loquor nec ſum prius ipſe locutus
Nec uidi aut uideo, noſcoue dico uale.

PETRVS CRINITVS LI-
bro uiceſimo capite octauo.

Hoc illud eſt, quod Arietini reſponſum magnis lu-dis dicitur. Peribo ſi non fecero, ſi faxo uapulabo.

ΑΙΝΙΓΜΑ ΑΔΗΛΟΝ

κακοδαίμονα τούτων ἐπ᾽ ἄρ ποιητὴν φασί.
Dimidium Sphæræ, Sphæram cum principe Romæ
Poſtulat à uobis totius conditor orbis
Expoſitio. Cor ſignificatur.
Aliud. Romæ omnia argento & auro comparantur.

Aliud

Præſulis Albani, tum martyris oſſa Rufini
Romæ quiſquis habet, uertere cuncta poteſt.
Dum caput eſt currit, uentrem coniunge uolabit.
Cum cauda comedes, & ſine uentre bibes.

Expoſitio: Muſcatum eſt, quod comedere potes, muſtum uero bibere.

Quintilianus uetuſtum quoddam recenſet ex Cœcilio lib. 8. cap. 6.

Quadrantariam Clytemneſtram & in Triclinio Choam & in cubiculo Nolam.

Fauſtus Andrelinus in Epiſtola quadam ad Eraſmum.

Frugalem omnino cœnam poſtulo, nihil uolo præter muſcas & formicas.

Sic uerti αὐτοσχεδιαζόμενον

Frugalem cupio cœnam conuiua uocatus
Dicitur ut Samij menſa fuiſſe uiri.
Si uolucres habeant, ſat erit, conuiuia muſcas
Tum de formicis ſi licet eſſe dapes.

Expoſitio

Auiculas paruas interpretatur Eraſmus & cuniculos.

Aliud.

Quinq; cibant, bis bina uolant, tria ſtant duo pulſant dapes

ALIVD

In ſyluis creſcens,in campis gramine ueſcens
In domibus reſonat dic quid id eſſe putes.

Reſponſio. *Chelis eſt uel cythara.*

Aliud.

Anſer ouem maculat potum ſibi uacca miniſtrat.

Expoſitio.

Calamus, membrana, atramentarium corneum.

Aliud.

Agnus in ligno cantat titillante ſe equo.Id ſignificat Chordas,Chelin & arcum qui factus ex cauda equina eſt.

Ænigma uulgare de crepitu uentris.

Natus ſine pelle,auditur & non audit, maledictus & non maledixit.

ALIVD ΑΛΗΛΟΝ

Dic mihi quis ſonitu primum crepidante pepedit.

Reſponſio

Emiſit crepitum podex,ut primus opinor

Aliud ex Pandulphi

Bombarda

Vulcanus genuit, peperit natura,Minerua
Edocuit,genitrix ars fuit atq; dies.
Vis mea de nihilo eſt tria dant mihi corpora paſ
Sunt nati ſtrages ira ruina fragor.

Dic hoſpes quid ſim, nam terræ an bellua ponti
An neutrum, aut proſint facta uel orta modo.

ALIVD

REgium quidam Diadema geſtat
Miles auratum gerit atq; calchar
Temporum uates bonus & Propheta
Dic mihi quis ſit.

Ipſe materno teres & rotundus
Ventre proceßit nec habens caput, nec
Cæteros artus, animamq; nullam
Dic rogo quis ſit.

Inde natura melius fauente
Accipit ſenſus animam, figuram
Admonet cæcos homines docetq;
Dic rogo quis ſit.

Antequam tandem moritur, piatur
Fonte ſacrato bene candidatus
Itq; pro nobis miſeris ad ignem
Dic mihi quis ſit.

EPIGRAMMA EXtemporaneum.

DÆdalus ut quondam fugiens Minoia regna
Remigio ſolers uſus & arte noua.
Admonuit multis natum, ratione uolandi
Præſcripta, uarijs erudijtq; modis.

Quam ſibi plus puero metuit ſublatus in auras
Sæpe ſeni lachrymis inmaduere genæ.
Sic geminas curam paruę libelle meam.
Scrinia noſtra fugis, properas exire repente
Neſcius immineat quid tibi deinde mali.
Ignoras eheu noſtri faſtidia ſæcli
Nunc omnes naſum Rhinocerotis habent.
Sæpius implumis fit præda uolucribus ales
Cum matrem tempus deſerit ante ſuum.
Quam uereor tantis ne ſubuertare procellis
Nene omnes fluctus ſuſtinuiſſe queas
Si ſapis idcirco cenſuram lætus eorum
Quos animo noſti candidiore ſubi.
Hos fuge qui rident ſcurrilibus omnia uerbis
Nil non contemnunt, nil ſua præter amant.
Exi ſimpliciter, rebus non amplior ipſis
Sit titulus, fugiat falſus ab ore nitor.
Cernimus haud paucos depicta fronte ſuperbos
Pro tunicis Scombros contegere atq; piper.
Si quis amat ſalſos poſita grauitate lepores
Perlegere & nugas ridiculosq; iocos
Hunc capiat ſed non infeſta nare libellum
Quod iuuet & minimo ſit licet illud erit.

PROG-

PROGNOSTICON VERISSIMVM IN ANnum. XLI. Per M. Oedipum ex Vtopia.

VNdiq; Milleti doctus memoratur Alumnus
Victurum ſemper nomen habetq́; Thales.
Qui nitido ſpectans labentia ſydera cœlo
Incidit in foueam quæ fuit ante pedes.
Prona Sophum quædam conſpexit in ora ruentem
Atq; ſenem ſalſe garrula riſit anus.
Quod caſus hominum tentant cognoſcere ab aſtris
Num bona pars nugæ ſint, dubitare ſolent,
Neſcio, ſed uanis ſunt ſæpe ſimillima nugis
Iamq́; adhibet nullam plurima turba fidem.
Sed tamen hæc res eſt multa digniſsima laude
Heroas uere Semideosq́; facit.
Numinis inſtar erunt, felices iure putandi
Qui rerum cauſas perdidicere graues.
Plusquàm mortales ſuperis hi ſedibus orti
Æthereis oculos inſeruere locis.
Qui patefecerunt nobis cœleſtia quæq;
Feſtiua ingenij dexteritate ſui.

Idcirco placuit numeris deſcribere paucis
  Quæ fore non falſo lucida ſigna notant.
Vt breuiore feram uenturas carmine ſortes
  Adſis incœpto Diua Camœna nouo.
Millibus adijcias quingentos inſuper annos
  Ex hac quæ natum lux tulit alma deum.
Vnica & accedat luſtris bis quatuor æſtas
  Hæc cernet ſi quem uiuere fata ſinent.
Portenta euenient mortalibus horrida mœſtis
  Et fiet toto terror in orbe grauis.
Egregius magnis uates naſcetur in oris
  Queis priſcum nomen uecta puella dedit.
A Narbone tenet ueteri prouincia nomen
  Præcipiti Rhodanus quos rigat amne locos.
Ex illis quidam fœlici ſydere terris
  Vir ſacer exurget, regibus ortus auis.
Illuſtris clara Gallorum ſtirpe propheta
  Progenieq; ducum nobilitatus erit.
Sic utero è matris Vates procedet & ille
  Quo paſſim fertur Tyndaris orta modo.
Ob cuius raptus ad Troiæ mœnia claræ
  Sunt annis olim prælia geſta decem.
Regia geſtabit primis Diademata ab annis.
  Et ſua regali corpora more geret.
Et ſic exiguo creſcet fœliciter æuo
  Ætas ut poſſit dicier apta uiro.

Signa prius radians quàm ſol duodena pererret
Se uirtus iuſtos exeret ante dies.
Iam tum Cumeis certantia carmina ſcriptis
Proferet & fallent omina nulla uirum.
Omnia certa canet uenturi prouidus augur
Vt melius referant Delphica dicta nihil.
Falleret ambiguos citius Cortyna rogantes
Quàm tibi uenturus falſa propheta feret.
Marmaricos forti terrebit uoce leones,
Beſtia & hunc metuet tam truculenta uirum,
Sic non humana prædicet ſingula uoce.
Nec mortale ſonans cuncta futura canet.
Obſtrepet hic cunctis denſa caligine coecis
Irradians miris corda ſepulta modis.
Decantans magno cœleſtia lumina mundo
Emergat tenebris ut mala turba ſuis.
Tum ſtolidi ſancto multorum dogmate ſenſus
Imbuet æthereis lux reſerata locis.
Denuq; reddentur diuinis cultibus apti
Poſſit ut illorum uita placere Deo.
Effera tunc urbes complebunt murmura cunctas
Vt feriant fremitus ſydera clara graues.
Confuſus clamorq; uirûm uariusq; boatus
Terrebunt omnes incutientq; metum.
…niq; principia hæc multo maiora ſequentur,
…itio, raptus, triſtia bella ſimul.

Barbariæ

Barbarie ex media qui prouenere Sybotæ
Inuadent rigida mœnia cuncta manu.
Hæc paſsim fines gens depopulabitur omnes
Vi multa cultos ingredietur agros.
Abducent, ut crudeles, armenta, latrones,
Abripietq; omnes impia turba greges.
Per nemora & ſaltus ſyluarumq; abdita ducent
Et præda multa uictor adauctus erit.
Contingent illis miracula plura diebus
Ex his præcipuum commemoraſſe ſat eſt.
Chriſticolæ quidam diuini nominis ergo
Collecti & cauſa relligionis erunt.
Agmina cum ſubitus nimium perterrita fluctus
Obruet, effuſis ora tegentur aquis.
Ceruicesq; ſuperueniens in uertice ſummo
Vnda repentino turbine fuſa fluet.
Sed cum uergit equis ad finem Phœbus anhelis,
Accipe carminibus monſtra futura meis.
Impatiens ueri gens hunc perferre nequibit
Inſidias multas inuida turba ſtruet.
Prodeturq; dolis & dira fraude ſuorum
Hoc auri poterit cogere ſacra fames.
Vendentur precio (res ó turpiſsima) paruo
Heu quantum nummi fœda libido ualet.
Terrarum domini rapient immaniter ergo
Hunc uatem miſeris afficientq; modis.

Perdetur ſæuis ſub iniquo iudice flammis
Soluènturq; uiri corpora toſta rogo.
Sed prius indomito quàm conſummatur in igne
Concipiet rabiem gens furioſa nouam.
Conficient toſtum mordaci dente prophetam
Veſani tantum corda furoris habent.
Luctificis mortem lugebit nemo querelis
Nec miſerum flebit barbara turba uirum.
Hinc miſeros illos hæc triſtia ſigna manebunt
Et trepidos uenient damna tremenda ſuper.
Quatuor exurgent hac tempeſtate tyranni
Mœròris multum pernitiemq; ferent.
Omnibus exoſi reges qui iuſſa ſequuntur
Cœlica qui Chriſti numina magna colunt.
Aduerſus Papam conabitur impia turba
Illum tentabit perdere ſæua cohors.
Nil non præſumet tali Cacodæmon in actu
Perſonam in ſcena hac quamlibet ille geret.
Pendebunt uario res in diſcrimine tantæ
Nunc hunc nunc illum ſors malefida reget.
Mox egreſſa ſuis defoſſa cadauera tumbis
Prouenient, tumulis libera facta ſuis.
Oſſaq; defunctûm diſcurrent æquore plane
Pluribus & nimium res dabit iſta mali.
Amentes quoſdam reddent horrentia ſpect.
Ocyus implebunt corda furore graui.

Hin-

Hinc iræ gliſcent acres & iurgia dira
Hinc cædes, trucis & uulnera cauſa necis.
Haud paucos Stygium res hæc demittet ad Orcum
Sentiet impoſitum Cymba Charontis onus.
meras perdent animas diſcrimina tanta
Atq; hominum læto millia multa dabunt.
ec in longæuum facies detorta Gradiui
Saturnum aſpectu deteriore notat.
Aſtrologi ne te ſua per mendacia fallant
Perlege quæ præſens carmina charta tenet.
Hinc cito percipies noſtri certiſsima ſæcli
Prodigia, & rerum quis ſtatus eſſe queat.

EXPOSITIO.

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

